



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Encomiastæ Ad Primam Partem pertinentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

I
E L O G I A
S O C I E T A T I S
I E S V.
C L A S S I S I.
A P O N T I F I C I B V S.



T nostrum hoc Opus grato, ac simplici ingressu ad publicam commendationem Societatis Nostræ plus nimio fortè promectum in suum aliquando Ordinem reuocetur, ab ijs exordiamur, à quibus Illa, plaudente Cælo, frendente Erebo, præclarum sumpsit exordium: ab ijs, inquam, qui (cum sint æternæ Religionis, ac subductæ à mortalium sensibus Diuinitatis Interpretes, Urbis, & Orbis prima Lumina, Ecclesiæ Romanæ suprema Cæpita) quot verba, tot Oracula, quot apices, tot veritatis mysteria proloquuntur: & imprimis.

I. A PAVLO III. Ex Gente Farnesæ Pontifice maximo (faustum, ac fortunatum Societati Nomen) qui Ipsam à se primò confirmatam amavit ut Filiam, defendit ut Patronus. In Bulla incipit, Regimini anno 1540, quæ prima fuit Instituti nostri approbatio: de quo primæque illa Patrum Societate, quàm honorificè in hunc modum locutus. In Vniuersitate Parisiensi graduati, & in Theologicis studijs per plures annos exercitati, SPIRITV SANCTO, vt piè creditur AFFLATI, iam dudū è diuersis mundi regionibus discedentes in vnum conuenerunt, & Socij effecti abdicatis huius sæculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri Iesu Christi, atque nostro, & aliorum successorum Romanorum Pontificum seruitio dedicarunt: & iam
A quàm

Societas
IESV
spiritus S.
afflatu
fundatur.

Dedicato
seruitio
Romani
Pontificis.

Et mini-
sterijs pra-
dicandi,
docendi,
&c.

quàm plurimis annis laudabiliter in vinea Domini se exer-
cuerunt : Verbum Dei præuia sufficienti licentia publicè
prædicando, fideles priuatim ad bene, beatèque viuendum
exhortando, & ad pias meditationes excitando, hospitali-
bus inferuendo, pueros, & personas rudes, ea quæ ad chris-
tianam hominis institutionem sunt necessaria docendo, &
demum omnia charitatis officia, & quæ ad animarum con-
solationem faciunt, vbique terrarum, vbi peregrinati sunt,
multa cum laude obeundo, &c. *Efficax hoc, & illustre recens
approbatæ Religionis encomium fuit. Ita in Bullar. Soc. fol. 7.*

Commen-
datur ex
animarum
fructu.

AB EODEM. *In Bulla incipit, Cum inter, anno 1545.*
Attendentes igitur (*inquit*) ad fructus vberes, quos in domo
Domini hæctenus produxistis, & producere non desinitis
vestra Religione, Integritate, Scientia, Doctrina, Mori-
bus, & Experientia plurimum in Domino confidentes, Vo-
bis, quos alias Societatem Vestram de IESU approbando,
confirmando, & benedicendo, ac perpetuæ firmitatis mu-
nimine roborando, sub nostra, & Apostolicæ Sedis Prote-
ctione suscepimus, &c. *Sic etiam in Bullar. Soc. fol. 24.*

Et ex va-
rijs virtu-
tibus.

Ager ferti-
lis multi-
plices ani-
marum
fructus af-
ferens.

AB EODEM: *In Bulla incipit, Licet debitum: anno 1549.*
Ad Societatem vero de IESU (*inquit*) per Nos institutam, &
approbatam, cuius Specimen veluti Ager fertilis in Domino
multiplices, atque vberes fructus animarum ad summi Re-
gis laudem, & fidei incrementum attulit, & affert quotidie
Verbo, & Exemplo in populo Christiano, dirigentes præci-
puè velut pius Pater oculos mentis nostræ dignum cense-
mus, vt ipsam Societatem, eiusque in odorem suauitatis
Altissimo deseruientes personas specialibus fauoribus pro-
sequamur, &c. *Ita in Bullar. Soc. fol. 36. Et postea fol. 53. in ea-
dem Bulla, Idem Pontifex Societatem, eiusque personas Principi-
bus, ac Prælatibus commendans, Non solum (subdit) ne eos in-
quietari, aut eorum Priuilegia violari permittant, sed vt be-
nignè, & cum charitate, vt decet suscipiant exhortamur,
atque in Domino rogamus, &c.*

Ideo Pon-
tifex spe-
ciali eam
fauore pro-
sequitur.

Et Princi-
pibus ac
Prælatibus
commen-
dat.

AB EODEM: Quo petente aliquos in Siciliam Socios mitti, duodecim ex diuersis nationibus destinantur: quorum aliquos Ignatius coram prius periclitatos in ratione docendi, postea vna cum ceteris ad Pontificem Paulum deducendos curauit. Apud quem Latinam Orationem piam admodum, & ad rem accommodatam Canisius habuit. Cui Pontifex magna paterne indulgentie significatione respondens, Pergratum (inquit) fuit nobis videre vos filij carissimi. Amamus enim Societatem vestram ex animo, vt qui cognitam habemus virtutem eius, & rectè facta: & quantum quibuscumque adhuc in terris versata est, spiritualem fructum fecerit: Vos quoque quod fore confidimus, eodem tenore pergite. Curate, vt qui ad istam profectiōem præcipuè lecti estis, fungamini diligenter officio vestro, cunctis recta præbete exempla, & existimationem de vobis conceptam augete. Neque solum regnum, ad quod tenditis, sed etiam Ecclesiam Vniuersam vitæ vestræ probitate, atque orationibus adiuuate. Videtis quàm mala, quamque difficilia tempora sint, quot animæ in errorem inducantur, & pereant. Itaque nominatim vobis commendamus, vt cunctis viribus contra impia Lutheranorum zizania insistatis, aduersus quæ omni nos vigilantia intenti Concilium Generale coëgimus, vrgemusque, ac volumus teneri, ac perfici, sperantes, quæ in eo tractari cœpta sunt, optatum ad exitum Deo iuuante perductum iri. Adiuuate igitur filij & vos Ecclesiam sanctam Christi. Nos verò pro nostro munere, ac singulari clementia erga Vos, nunquam protegere Vos, & Societatem vestram, ac fouere desistemus. Hæc Pontifex

Pontifici aliquot à Socijs in Siciliam destinat.

Quibus suum erga Societatem statur amorem.

Ob eorum virtutem, & facta, spiritualemque profectum.

Eis Sicilia Regnum, Ecclesiam,

Ac præcipuè Hæreticorum conuersionem commendat.

Suumque fauorem in perpetuum pollicetur.

Et se defensores Societatis constituit.

Protegit censuris contra eius obtrusores,

In funda-
tione Colle-
gij Sal-
mantini:
& contra
Canum.

mines vindicarent, in eosque pariter animaduernerent, qui moras aliquas inferrent Collegij Salmanticensis iuris: mandabatque in eodem diplomate Pontifex, Vt qui publicè, priuatimue Societatis nomini detraxissent (eorum agmen ducebat Canus) ij eodem modo violatam eius famam palinodia refarcirent. Quo sub Patrono ac defensore omnium supremo non leuiter fracta aduersariorum audacia.

Exercitio-
rum Li-
brum com-
mendat, ob
vberes eius
fructus.

AB EODEM: Qui in Bulla data ann. 1548. hanc de Exercitijs S. Ignatij celebrem sententiam pronuntiat. Plena sunt (inquit) Exercitia illa pietate, & sanctitate, ad ædificationem, & spiritualem profectum valde vtilia, & salubria: maximum verò adiumentum attulerunt ad fructus vberes, quos Ignatius, eiusque Societas in Ecclesia Dei vbique gentium producere non cessat. Ita Pontifex latentem hunc thesaurum astimauit sub ipsius originem Societatis. Hæc apud Imag. 1. sæc. Soc lib 3. cap. 10. fol. 381. Et ibidem lib. 5. cap. 9. fol. 651. Idem Christi Vicarius excitatum Romæ Collegium Germanicum, vnde laboranti sub

Collegium
Germ. con-
tra hereses
instituit:
Et tradit
Societati,

Heresebus Septentrioni opportuna subsidia peterentur, non alijs melius quàm Socijs commendandum, committendumque iudicauit, quos videlicet ipso iam vsu didicisset esse pro Deo, & Religione deuotos omnes plusquam Codros, Curtiosve pro patria. Et tandem, vt constat ex cap. 10. eiusd. lib. 5. fol. 661. fuit vt (quo nescio an manus aliquid, aut breuius dici possit) admiratione motus earum rerum, que à Minima Societate maxima gerebantur, Digitus Dei est hic, palam, & libere testaretur à Paulo.

Quam Di-
gitum Dei
vocat.

Societas
nihil non
sanctum
convinet.

2. A IULIO III. In Bullâ incipit, Exposcit, ann. 1550. Quapropter (inquit) considerantes, nihil quod PIVM, SANCTVMQVE NON SIT in dicta SOCIETATE, eiusque Laudabilibus Institutis, ac exemplari Ignatij, & aliorum Sociorum prædictorum vitâ, & moribus reperiri; eaque omnia ad suorum, & aliorum Christi fidelium animarum salutem, & fidei exaltationem tendere, &c. Ita in Bullar. Soc. fol. 68.

Tendit in
animarum
salutem, ac
fidei exal-
tationem.

AB EODEM: *Qui, quâ motus ratione fuerit ad stabilitam iam à Paulo SOCIETATEM robustius etiam confirmandam, fate- tur his ad Ignatium verbis in Bulla ann. 1552. quæ incipit, ut sequitur; Sacræ Religionis, sub qua dilecti filij SOCIETATIS IESV, reiectis læculi vanitatibus gratiam Altissimo præbent sub humilitatis spiritu famulatum, & feruentibus studijs per exempla virtutum, & solidam doctrinam alios ad diuinæ Maieſtatis obsequia trahunt, fauor exposcit, & deuotionis veltræ merita nos inducunt, &c.*

Præbet
Altissimo
famulatum
per exem-
pla virtu-
tum.

Trahens
alios ad
Dei obse-
quium.

AB EODEM: *Quem. tempeſtatem illam contra SOCIETA- TEM sine SOCIETATI culpâ Toleti coortam, (indictâ suis omni- bus precatone quo Deus bene omnia verteret) significaturus Igna- tius adiit, eique rem totam exponit. Pontifex, cum Ignatium comi- ter audiſſet, bono animo eſſe iuſſit, æquiſſimum SOCIETATI ſe fore pollicitus, & eius cauſam ſibi maxime commendatam. Deinde Bernardino Maffæo Cardinali, qui erat ei ab epistolis & arcanis, negotium dat, ut ad ſuum in Hiſpania Nuncium, qui erat Poggius, idemque iam Cardinalis Legatus, & ad ipſum Archiepiſcopum Tole- tanum (Silzeus is erat) ſuis verbis ſcribat, ut iniqua illa contra SOCIETATEM edicta, quàm primum reuocet. Eas literas, prius quam darentur, cum Pontifex inſpexiſſet, tametſi magnas, ac præclaras SOCIETATIS laudes continebant, tamen ad cete- ram commendationem, hoc inſuper addi voluit, SOCIETATEM TOTO CHRISTIANO ORBE AMARI, HVMANITER AC- CIPI, IN PRETIO ESSE. Ita Par. I. Hiſt. Soc. lib. II. n. 60.*

Deſenſa à
Pontifice
contra Ar-
chiep. To-
letanum.

Cuius in
illam Edi-
ctâ iubet
reuocari.

Et amari
à toto Orbe
reſtatur.

AB EODEM: *Qui cum falſa ſuſpicionem iraceretur SOCIE- TATI, tandem placatur. Non enim tulit Dei bonitas, cuius in manu cor Regis eſt, ut diutius ira concepta in Iulij pectore reſideret. Ea Ro- manorum Regem Ferdinandum impulit, ut cum ad Pontificem de rebus ſuis ſcriberet, ab eò peteret, ne grauaretur Ignatium pro ſe lo- quentem audire, habere illum ab ſe mandata, & ſui pectoris arcana quadam, quæ cum eo ſuo nomine conferat; eodemque tempore de re tota Ignatium certiore per literas fecit. Pontifex acceptis Ferdi- nandi literis, Ignatium accerſit, qui cum morbo teneretur, implicitus,*

ſed falſa
ſuſpicionem
ei iraci-
tur.

Et tandem
placatur
Regis Romæ
literis.

Quibus ac-
ceptis Ig-
natium
Pontifex
accerſit.

aduersam valetudinem excusauit : paucisque diebus sibi restitutus ad Pontificem alacer adit , cunctis admirantibus , nec satis intelligentibus , Unde tantus repente animus in Ignatio , qui Pontificis infensi vultus , & conspectum , subiret . At Pontifex , vbi renunciatum est pro foribus adstare Ignatium , & proximos ad sese aditus obsidere , iussit eum illico introduci . Quem , vt in conspectum venit , non est passus propter recentem eius valetudinem de genibus se affari , sed secum modo inambulantem , modo ad fenestram insistentem , & quidem pileolo opertum caput loquentem audiit . Ignatius , vbi SOCIETATEM apud eum permodeste purgauit , delapsus ad Ferdinandum exposuit ea , quae in mandatis habebat . Cui cum benigne dedisset operam Julius , ad eum met sermonem transtulit , & SOCIETATEM vltro ipse purgauit , affirmans . Nihil de sua in eam beneuolentia , ac pristina voluntate falsis hominum sermonibus , quibus non satis crederet , imminutum , spondens insuper nullo loco SOCIETATI se defuturum , Romanoque Collegio aureos annuos bis mille , vel Abbatiam aliquam , quae prima suo possessore vacaret , assignaturum , curaturumque ea de re conficiendum ritè diploma . Deinde quarenti nunquid Professorum Domus desideraret ad victum , cum respondisset Ignatius , quanquam emendicato viueret , nihil illi deesse : SOCIETATEM tamen ipsam eius egere gratia , paternaque benedictione , discedendi veniam petiit . Sed priusquam dimitteret Pontifex accersito sui Praefecto cubiculi , mandat , vt quoties ad sese Ignatius accederet , omnes ei confestim paterent aditus : neque committeret , vt is pro foribus moram traheret , sed se protinus de eius aduentu , quamuis cum Cardinalibus ageret , commoneret . Quae res magnum SOCIETATI nomen , magnam Ignatio ipsi opinionem comparauit . Postridieque Pontifex aureos coronatos quingentos elemosynae nomine ad Ignatium misit . Ita subito exortam nulla SOCIETATIS culpa procellam paucis diebus letus dies excepit . Verum egregiam hanc Iulij erga nostrum Ordinem voluntatem haud ita multo post intemptius obitus anteuertit rebus infectis , nec de pecunia Collegio decreta Diplomate ritè dato . Ea quoque re suam erga Ignatium , & SOCIETATEM Pontifex voluntatem

Et benigne
alloquitur.

Suum pa-
trocinium
Societati
promit-
tens.

Ac annuos
redditus
Romano
Collegio.

Ignatio ad
se aditum
semper pa-
tere iubet.

Etiamsi
cum Car-
dinalibus
agat.

Illi eleme-
synam
mittit.

tatem

patem Paternam ostendit. Hac Par. 1. Hist. Soc. cit. lib. 14. num. 11.

AB EODEM : cuius summa in nos extitit liberalitas. Is ex Ecclesie bonis Salmanticensi Collegio, Cardinali rogante Mendoza, aureos septingentos quotannis attribuit, quamuis egre aliàs adduci posset, vt de priuatis Ecclesijs detraheret aliquid quod in alios vsus, & Collegia conuerteret. Is Romano Collegio, Duce postulante Gandia, aureos item mille quingentos in annos singulos assignauit. Is Casar Augusta Domicilium sacrarum Virginum, à Ioanne olim Consaluo Aragonensis regni Conseruatore excitatum, ab eodemque postea auctoritate Pontificis Maximi dissolutum, nostris addixit. Is, cum ad eum supplex rediret Ignatius, vt ex interioribus Ecclesie thesauris aliquid more suo in animorum commodum postularet, Pontifex cum annuisset petenti. Quid? inquit, nihil ne in vitæ vestræ tutelam, & indigentiam corporum postulatis? iussitque eum in posterum acri interposito obedientie mandato, quoties Professorum domus in egestate esset, toties ad se fidenter, & sine verecundia reuerti: vnumque de familiaribus suis presentem monuit, vt id ipsum sibi ad memoriam subinde redigeret. Hac præstantissimi, optimique Pastoris erga SOCIETATEM mens, hic animus fuit. Ita refertur ibidem lib. 10. num. 34. Et postea lib. 3. num. 1. subditur, quod idem Iulius Pontifex, SOCIETATEM Hierosolymæ, & Constantinopoli, & in Cypro collocare constituit: & ne ibi Collegia conderet, nisi morte prohiberi non potuit. Intelligebat optimus Pater (additur in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 651.) Duxq; vigilantissimus, melius nusquam aut gloriosus, quam medios inter hostes exponi fortissimum quemque militum, generosissimumque filiorum. Quin etiam Sociorum opera vti voluit ad expiandas, instituendasque animas peregrinorum in Verbi incarnati ad illa sanctissimâ, quam transuectam per aërem Laureti deniq; diuina Prouidentia collocauit.

AB EODEM : Qui videns, quàm strenuè SOCIETAS summis Pontificibus in conuersione Hæreticorum, atque Ethnicorum nauaret operam, dixit sibi SOCIETATIS operam necessariam esse: Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. n. 160.

Et Salmantino Collegio annuum redditum attribuit.

Nec non & Romano.

Casar Augusta nostris domicilium donat.

Et Ignatium ad se iubet accedere, quoties professorum domus in egestate sit.

Tria Societatis Collegia apud Turcas collocare statuit. Nostrorum opera ad expiandas animas in Lauretana domo videntur.

Necessariam ad conuersionem Hæreticorum reputat Societatem.

AB

Et pluri-
mos in Ec-
clesia fru-
ctus affe-
rentem.

AB EODEM in Bulla expedita (postulante Ioanne III. Iu-
tano Rege) pro vniendo Monasterio S. Ioannis de Longauares Colle-
gio Conimbricensi, quæ incipit, Regimini vniuersalis Ecclesiæ,
&c. fructum à nostris in Regnis Algaruorum factum recensens,
Plurimos, inquit, in Ecclesia Dei fructus afferebant, quodque
tam in dictorum Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis, quàm
in insulis maris Oceani, eidem Regno subiectis, & pluribus
alijs locis plurimum proderant, &c. Ita apud P. Balthasarem
Tellez in chron. Hist. Soc. Iusit. Tom. 1. lib. 3. cap. 29. n. 5. sic de socijs,
ac Societate sentiebat sanctissimus Pontifex, cuius immaturam mor-
tem Societas omnis, quæ Iulium agnoscebat ut Patrem, à quo am-
plissimo diplomate, immunitatibus aucta, munita priuilegijs, ornata
diuitijs, & beneficijs erat.

Æstimata
Societas à
Marcello.

3. A MARCELLO II. Ceruino Politiano Iulij successore,
qui longe maiora polleebatur, se vita suppediasset: ille, inquam, qui
Romanæ Ecclesiæ, qui Societati nostræ tantum ostensus, & satis ta-
men exhibitus Pater: ille, quem Roma quidem vix Pontificem prius
creatum, quam mortuum potuit audire. Erat hic cum bonis omni-
bus, tum Societati Ignatioque peramicus, vir integerrimus, & omni
laude cumulatus, munerique tanto omnium opinione par. Init Pon-
tificatum ingenti bonorum omnium gratulatione, gaudioque. Quem
cum adorandi, gratulandique causa noster quoque adisset Ignatius,
Pontifex hominem arte complexus, & suauius osculatus, cum eo in-
ambulans de re componenda christiana, de propaganda Christi fide,
de veteri disciplina restituenda, de sanandis denique affectis christia-
næ Reipublicæ partibus multa contulit. Deinde comiter ab se dimisso,

Quos Pon-
tifex mili-
tes suos, ac
Bellatores
appellat.

mandauit, suo ut nomine benedictionem cunctis Patribus im-
pertiret, quos singulos aueret inspicere, & quasi suas Copias,
ac Milites recensere: proinde curaret eos, vbi primus ille saluta-
tionum æstus deseruisset, ad se adduci: cohortatusque ad augendam
religiosæ Militiæ Societatem. Tu Milites, inquit, collige, & Bella-
tores instrue, Nos vtemur. Duos etiam quos apud se haberet
Theologos postulauit eâ modestia, ut adderet, Nisi forte utilius pu-
tes operam alibi nauaturos. Certissimo, quanti & Ignatium, &
Socie-

Ac duos
Theologos
apud se ha-
bendos po-
stulat.

Societatem eius ipse faceret argumento. Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 15. num. 3.

AB EODEM: Qui tanto flagrabat amore huius Societatis, ut nonnunquam cum de ea sermonem haberet, discedere ab ea verborum parcimonia, quæ illi erat nativa, videretur. Aliquando in consuetu plurimorum hominum de hac Societate loquens dixit, se non legisse (et si in Historijs esset versatissimus) vlli homini post Apostolorum tempora, concessum fuisse à Domino, quod Patri Ignatio, vt dum viueret, tantum operis, cuius fuisset ipse instrumentum, incrementum videret. Significabat autem aper-tissima hac testificatione, declarasse Deum hominibus, quantum hoc Institutum approbaret. Is paulo antequam Conclauē illud ingrederetur in quo Pontifex renunciatus est, dicebat quadam die mihi (hic loquitur Doctor noster Olauus) deplorans nostrorum temporum corruptelam, Cum ex pluribus rebus, quas in mundo geri videbat, grauissimum caperet animo dolorem, in illis tamen rebus quas Dominus dignabatur per Societatem nostram operari, acquiescere, & recreari solere. Postquam electus fuit in Pontificem, P. Ignatio me presente dixit, Deliberasse se omnino duos Sacerdotes nostræ Societatis apud se habere, cum quibus de grauioribus rebus communicaret: propterea videret, quos illi dare vellet: Quæ omnia illius sanctissimi Pontificis beneuolentissimum erga nostram Societatem animum non obscure testantur. Sic ibid. n. 60.

Iterum
laudat Ig-
natum.

Et Socie-
tatem.

Ea recrea-
batur Pon-
tifer.

AB EODEM: Cum is adhuc Cardinalis esset, & cum eodem Olauo aliquando agens, disputansque, num commodè faceret Societas nostra, Ecclesiasticas dignitates, atque Episcopatus reiiciens, multas in contrariam partem rationes afferebat; quibus satisfacit Olauus: & cum adhuc Marcellus in sua sententia persisteret, subrexit Pater: Non rationibus tantum illis, tecum agam, sed etiam auctoritate. Magister quippe Societatis nostræ ac Parens Ignatius vtilius hoc iudicat, & maxime probat: nec solum nostra referre putat, sed multo etiam magis Ecclesie Dei. Tunc Cardinalis: Nunc cedo, inquit, Olauus, & manus do. Plus enim apud me in hac quidem causa mo-

Et ad dig-
nitates Ec-
clesiasticas
repperet,

Nisi Igna-
tius opposi-
tū sentiret.

B

menti

Hunc, &
Societatem
mire ex-
tollit.

Quam opus
eximium
appellat.

menti habet Ignatij auctoritas, quam omnes idque ipsa ratio manifestè docet. Probabile enim est Ignatium, qui Societatem vestram tam opportuno tempore, & Dei Ecclesiæ necessario diuinitus instituit, felicissime propagauit, prudentissime hæctenus gubernauit, eius qui illum vnum ad tam eximium opus elegit, voluntatem Dei potius habere comperitam, quam nos qui sæpè hallucinamur, & media in luce non videmus. Quis enim qui Ignatium ad fundandam Religionem vestram, amplificandam, atque administrandam, tanta à Domino gratia atque spiritu dotatum videat, non etiam intelligat illum ipsum cælesti lumine collustratum, certissima ratione accepisse, in qua nimirum Deus velit, vt se ad eius obsequium Societas vestra exerceat, & perpetuo conseruet? Quapropter vestris quidem potissimum in rebus, vnus Ignatius omnium mihi rationum instar est. Hæc Marcellus ante Pontificatum apud P. Ribadeneira in vita S. Ign. lib. 3. cap. 15. fol. mihi 145. & post Pontificatum, idem iudicium, eandem opinionem, & existimationem (et forte maiorem) de Ignatio Parente, & Societate habuit: quam mille fauoribus, gratijs, & priuilegijs cumularet, si viueret. Sed quæ rerum humanarum est inconstantia, paucos intra dies in febrim incidit, & altero ac vigesimo Pontificatus sui die, communi omnium lætæ, sed præcipue Societatis mærore, decessit.

Pauli amor
in Igna-
tium.

Et reue-
rentia.

4. A PAVLO IV. antea Petro Carrasa Cardinali Theatino, vnoque è primis qui Sacrum Clericorum Regularium fundarunt Ordinem: ex quo etiam Theatinos vulgus appellat. Qui tam amanter, quam honorificè excipiebat Ignatium: neque enim passus est vquam ab Ignatio se degenibus, ac ne aperto quidem capite compellari, sed secum per cubiculum perambulantem, multis inspectantibus, & admirantibus audiit. Eo mortuo ad Patres Congregationis primæ Generalis de Lainij creatione renunciantes hæc verba pientissimus Pontifex dedit, in quibus egregie laudat Comitiorum exitum, commendat Societatem, adhortatur ad laborum constantiam, confirmat creationem Præpositi, & ipsam Societatem. Læti, inquit, summo
&

& immortalī Deo gratias agimus, quod vobis singulare hoc beneficium his diebus est elargitus, vt, quemadmodum ex fida relatione comperimus, Præpositi Generalis creatio pia vobis, canonica & sancta contigerit. Non enim obscure intelligimus electionem adeò consentientem, atque concordem amore Spiritus Sancti esse peractam: eaque res nobis confirmat Vos in Vnitate Spiritus ambulare, vnum, & idem sapere VESTRAMQUE BEATAM SOCIETATEM SVpra PETRAM IN IPSO ANGVLARI LAPIDE, QVI EST CHRISTVS, FVNDATAM ESSE. Et magni profecto referebat hunc actum primum ita feliciter cedere, & talibus conditionibus fieri; qui, vt est primus, ita aliorum quasi norma futurus sit. Quare magnam spem in Domino concipimus, nobisque pollicemur fore, vt diuina bonitas quæ in vobis tam præclarè cæpit, eadem prosequatur, & vos conseruet, & augeat sua benedictione, idque in gloriam æternæ Maiestatis iuæ, & vtilitatem Ecclesiæ sanctæ. *Hic conuersus ad Lainium, In te, inquit, dilectissime fili, hæc fors cecidit. Præpositus & Caput es huius BENEDICTÆ SOCIETATIS, quæ quanquam ab exiguis & infirmis est orta principijs (vt nos memores sumus, qui vobis ab initio fauorem, & amorem nostrum declarauimus, neque hæctenus intermittimus, neque intermittere volumus) non parum multa pertulit, atque interea, tot incrementa accepit, atq; tam vberes Fructus Dei Ecclesiæ in Vniuerso Orbe terrarū attulit. Multorum enim testimonio cognoscimus, quanta per Vos commoda Deus Mundo pariat, & quàm felices conatus Vestri, Deo cooperante passim proueniant. Verum ipsi cogitate, filij charissimi, VOS NON AD QUIETEM, ET DELICIAS, SED AD LABOREM, ET CRUCEM VOCATOS ESSE. Proponite vobis Dominum & Salvatorem nostrum Christum IESVM, cuius exempla & verba animaduertite. Non est, inquit, seruus maior Domino suo, neque discipulus supra Magistrum, & eum qui mittit illum. Veniat vobis in mentem Præcursor Domini, quem diuina*

Eius verba ad Patres Congregationis.

Laudat Comitiorum exitum & Societatem:

Quam supra Christi Petram fundatam ait.

Et vberes in Vniuerso Orbe fructus Ecclesiæ afferre.

Adhortatur ad laborum constantiam,

Christi Domini Præcursoris, & Principis Apostol. exemplo.

voce sanctissimum esse accepimus, considerate beatissimum Apostolum Gentium, & Apostolorum Principem Petrum, qui sicut in diligendo Christo fuit cæteris ardentior, sic etiam in eodem imitando factus est similior. Quare iam moriturus humiliavit sese non solum vsque ad mortem Crucis, sed etiam vsque eò, vt ne dignum quidem se arbitraretur Crucis perferre supplicium ad eum modum, quo Dominus & Magister subiisset. Inuerso enim capite, siue vt Græci dicunt ἐπι κεφαλῆν voluit crucifigi. Quod supplicij genus multi Romæ sunt post eum secuti & imitati. Perpendite denique Sanctorum exempla omnium cum veteris, tum noui testamenti, qui per summos labores, & pericula maxima cælestem hæreditatem adierunt. Ne putetis vos melioris esse conditionis, quam legis vtriusque Sanctos Dei legatos, de quibus Sanctus Stephanus ait, Quem Prophetarum non sunt persecuti Patres vestri? & Dominus: Mensuram implete Patrum Vestrorum. Quod vtique tum fecerunt, cum Christum Dominum occiderunt. Similiter vobis contingeret. Multi enim non recipient vos, nec doctrinam vestram, sed persequentur vos, & interficient, obsequium se præstare Deo arbitrantur. Perturbatissimum enim sæculum hoc est, quo Dominus vocauit ISTAM BEATAM SOCIETATEM. Ecclesiam Dei diris modis vexari, & vbique ferè oppugnari videmus. Oppugnant Christi sponsam non tantum à fide alieni, Barbari, & qui nouis in Insulis Christianum nomen hostiliter infectantur, sed etiam illi, qui communi nobiscum Christianorum nomine gloriantur, qui eodem baptismatis fonte renati sunt, & eorundem Sacramentorum communicatione nobiscum vtuntur, quos tamen omnium maximè sanguinem nostrum fitire certum est. Proinde vos aduigilare oportet, minimeque segnes esse. Abijcite timorem quemuis, & hominum respectum, libero atque imperterrito animo nomen Domini confitentes, perque vniuersum mundum portantes,

vt

*Br ad
Mundi
vnia pro
Dei Eccle-
sia subeun-
da.*

vt aduersus formidanda constantes, ita contra blandientia incorrupti. Nulla vos gratia, nulli fauores impediunt, quominus vos veros & perfectos Dei seruos exhibeatis. Totos vos pro Ecclesia Sancta impendite, vt sitis demum sacrificium Deo in odorem suauitatis in finem vsque perseverantes, vt iucundam illam & caelestem vocem audire mereamini, Venite benedicti Patris mei. Caeterum, quod ad creationem Generalis pertinet, eam nos libenter confirmamus, & non solum eam, sed & HANC BEATAM SOCIETATEM, & omnia beneficia tam spiritualia, quam temporalia, & Priuilegia, quae vel superiores Pontifices, vel nos ipsi concessimus, approbamus, & confirmamus, prompti & ad alia vobis concedenda, quae ad Dei gloriam vobis necessaria erunt. Et auctoritate Domini nostri IESU Christi nobis concessa, & Apostolorum Petri & Pauli, & nostra benedicimus vobis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et benedictionem hanc nostram volumus non solum ad vos, filij dilectissimi, qui praesentes adestis, pertinere, sed etiam ad absentes fratres vestros transmitti vbicumque terrarum sint: ac precamur Dominum, vt ipse in caelo ratam habeat, sicut nos in terris eius locum gerentes impertimus; & offerimus vos ante conspectum Domini nostri Iesu Christi: eumque precamur, vt vos, & numero, & merito dignetur augere, vt nomen ipsius vniuersum per Orbem portare valeatis; tandemque beatitudinem illam consequamini, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; vtque audire mereamini non eam vocem, Vt quid enim terram occupat? Succidite illam; sed eam, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, iuuante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & spiritu sancto viuit, & regnat per infinita saecula saeculorum, Amen. Hucusque Pontifex summus, & SOCIETATIS amantissimus Pater, vt refertur in Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. a num. 37.

Confirmat
creationem
Laynij: &
ipsam So-
cietatem.

Quam
Beatam
appellat.

Et multi-
plici ben-
dictione
replet.

Post hæc tanta, verba Lainij ad Pontificem secuta, & quidem pauca: Pro fauoribus, dixit, ac beneficijs sibi totique SOCIETATI concessis non posse gratiarum satis agere, & hoc decus, hanc esse coronam SOCIETATIS, quod talem haberet Pontificem, in eiusque Patrocinio ita esset. Rogare interim, vt cum eius benedictione, dum co-

Benignitas
summa
Pont. erga
Patres.

Quos ad se,
vt ad Pa-
trem iubet
accurrere.

Et tres
Cardinales
in Societa-
tis curam
iubet in-
tendere.

Illamque
se semper
inuisse fa-
ctur.

Ac pro sin-
gulari eius
patrono, ac
proprio Pa-
rente vult
haberi.

Ob fructus
ex illius
opera secu-
tos.

Et adessent Patres, liceret catus habere, & quæ ad SOCIETATEM stabilendam perficiendamque pertinerent, communiter pertractare. Volumus, inquit, concedimus, indulgemus vobis, vt tractare libere, & statuere possitis quæ necessaria videbuntur ad stabilendam & augendam vestram SOCIETATEM. Si quid autem inciderit, in quo consilio putetis nostro vtendum, adite, accurrite cum fiducia tanquam FILII AD PATREM. Nam quamuis magnis peneque infinitis occupationibus detinea- mur, quæ nos profecto exercent, & vtinam pro Dei obsequio, & gloria, volumus tamen semper vobis aditum patere. Habetis hic hos Reuerendis. Cardinales duos Trancensem atque Alexandrinum, quibus res vestras curæ esse sentietis; & quibuscum conferre omnia poteritis, vt nos deinde vestro nomine alloquantur. Habetis & Cardinalem Neapolitanum nepotem nostrum, qui iuuandis vobis operam dabit, sicut illi demonstrauiamus. Tandem sepius bene precans, & interdum brachia super pectus veluti amplexurus componens dimisit. Ita Sacchinus Ibid. n. 41. & 42.

AB EODEM, qui aliquando dixit inter cetera cum ingenti sensu, Hanc BENEDICTAM SOCIETATEM ego semper iuui. Sic ibidem num. 18. & postea num. 28. eiusdem lib. 2. referuntur verba Card. Pacieci ad Patres Congregationis Pontificis nomine ante Generalis electionem, in quibus dixit, Velle sanctissimum Dominum Congregationi vniuersæ notum ac certum esse, ipsum SOCIETATIS proprio quodam ac præcipuo modo patrocinium suscipere: neque ab ea pro communi tantum omnium PARENTE, SED PRO SINGULARI, AC PROPRIO VELLE HABERI: ad quem sine cunctatione verecundiæq, vlla retardatione quidquid vnquam foret opus, referret. Siquidem planè sibi cognitum

nitum esse cunctis ex oris quantum, siue inter Christianos populos, siue alienos, ac præsertim inter Hæreticos SOCIETATIS opera vteretur Deus: quanta per eam vbiuis gentium commoda crearentur. *Hæc inter alia Pontifex Paulus Cardinalis ore ad Congregationis Patres elocutus, in summam sociorum, ac SOCIETATIS laudem.*

Et præcipue inter Hæreticos.

5. A PIO IV. Cui nec gratam minus, commendatamque fuisse IESV Societatem, post facta luculenta ipsa eius sincerissimi affectus verba testantur. Etenim in Bulla incipit: Etsi ex debito ann. 1561. Ad illos tamen (*inquit*) qui sicut Nomen Sociorum à IESV assumpserunt, ita opere, doctrina, & exemplis Dominum Nostrum Iesum Christum imitari, & eius vestigia sequi nituntur, Maioribus Fauoribus, & Gratijs persequendum inuitamur. *Et postea*: Attendentes, quantum dicta vestra Societas in Ecclesia Dei hætenus fructum attulit, & quantum in futurum, Deo dante, sit allatura; & propterea Vos præ ceteris alijs Religiosis Maioribus Fauoribus, & Gratijs fore merito prosequendos. *Ita in Bullar. Societ. fol. 79. & 81. Quæ verba eò magis Societatem commendant, quod prolata sint, ut statim subdit Pontifex, Motu proprio, non ad Vestram, vel alicuius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra scientia, &c.*

Commendatur à Pio ex IESV Nomine.

Et quia Christum doctrina, & exemplis imitatur.

Ideo maioribus fauoribus præ ceteris Relig. prosequenda.

AB EODEM: *Qui nec verbis solum, ut dixi, sed ipso statim Pontificatus sui initio factis etiam in Societatem beneuolus, cum præstitisset eam gratiam, quæ à Socijs amplissima postulabatur, cumque omnium nomine ad Pium Patrem gratias referret Generalis Lainius, subiecit sanctissimus Pater (aderant Cardinalis Moronus, & Ferraria Dux, eo die apud Pontificem pransi) Haud opus gratijs esse: Societati IESV vsque ad sanguinem fauturum. Alioque die cum literas in commendationem rerum nostrarum à Philippo Hispaniarum Rege accepisset, dixit, Ab Imperatore quoque, & alijs Principibus ad se eiusmodi commendationes Missas: verum superuacua secum talia officia pro Societate esse, ad quem commendare eam potius pertineret. Quæ non verbi causa*

Illique se vsque ad sanguinem fauturum aiebat.

Literas Societatis commendationis accepit ab Hisp. Rege.

dici

Quibus se
neutiquam
indigere
testatur.

Et in Ger-
mania plu-
rima Colle-
gia deside-
rat.

Quantum
Societas
conferat
communi
pietati.

Ideo ad eius
stabilitatē
diuina &
humana
firmamen-
ta spondet.

Societas
dicitur à
Pontif. di-
uino cultui
dedicata.

Excitata-
que Aucto-
re IESV.

Eius ma-
gni, &
vberes in
Ecclesia
fructus.

Romani
Borgia
euocatur.

*dici res veri animi indices, testabantur. Nam quos per orbem Chri-
stianum vndique in Prouincias dimittebat Apostolica Sedis Nuncios,
ijs Societatem plurimum commendabat: & et quem in Germaniam
destinauit, disertè hoc addidit in mandatis, Vt vias attentè dispi-
ceret, per quas plurima eius Collegia conderentur. Ita Par. 2.
Hist. Soc. lib. 4. num. 7. Et antea num. 4. eiusdem libri 4. clementi
vultu, & oratione Pius Lainium exceperat dicens: Optimè sibi
cognitum quantum latè per remotissimas terras in commu-
ne pietatis Societas conferat: Opera eius liberaliter vsurum.
Nec modo diuina quæcumque posset, ad eius stabilitatem
firmamenta collocaturum, sed humana quoque præbiturum
adiumenta, & Collegij Romani præcipuè memorem fore.
Haud benignius quàm fecit, locutus est.*

*AB EODEM, in Diplomate, quo B. Franciscum Borgiam
Romam vocabat: Pastoralis (inquit) Officij sollicitudo, quam
sicut Domino placuit nostris meritis & viribus imparem su-
stinemus, facit, vt ad tuendam tam necessario tempore gregi
Dominico salutem, bonorum, atque fidelium Christi copiam
præsto nobis esse quàm maximam in hac alma vrbe cupia-
mus. Cum itaque inter ceteros Ordines eorum, qui se cul-
tui diuino dicarunt, Societatem istam ipso, ex quo Nomen
sumpsit, Auctore IESV Domino nostro excitatam fuisse de-
clarent magni & vberes fructus, quos Ecclesiæ attulit, & quo-
tidie affert. Te de cuius fideli, ac strenuo ministerio, ipso vi-
tæ, ac bonorum operum tuorum odore latè fragrante cogno-
uimus, huc duximus euocandum. Proinde deuotionem tuã,
quam acriora mandata nostra non expectaturam esse confi-
dimus, hortamur in Domino, vt ad Apostolica limina, si
modo aduersa valetudine non impederis, primo quoq; tem-
pore venias: ita tamen iter te facere volumus, vt rationem
habeas valetudinis. Gratus erit nobis aduentus tuus, idemque
fratribus tuis cunctis, qui hac in vrbe resident, eumque auidè
expectant, opportunus. Datum Romæ apud S. Petrum sub an-
nulo Piscatoris, 1560. Pontificatus nostri an. 1. Ita ibid. l. 4. n. 195.*

AB

AB EODEM, *Literis ad Regem Philippum 2. de Romano Collegio.* Et officio (*inquit*) nostro conuenit Religiosam vitam degentes patrocinio nostro diligenter tueri, ac fouere, & Regibus maximè expedit de seruis eius, per quem ipsi regnant, quàm optimè mereri. Dominus noster in seruis suis recipitur, & honoratur, sicut ipse in Euangelio dixit: Qui recipit vos me recipit. Sed inter Religiosorum Ordines singulari ab Apostolica Sede studio, meritò complectendus is Ordo est, qui non ita pridem institutus, & ab hac sancta Sede confirmatus IESV SOCIETAS appellatur. Hi enim Operarij licet nouissimi, tanquam nona diei hora in vineam Dominicam ab ipso Domino inducti sint, adeò strenuam tamen, & vtilem operam nauare cœperunt, vt non modo spinas ex ea, & vepres euellere aggressi sint, sed ipsam etiam alibi auxerint, & propagarint. Incredibile fere est, quantum tam breui tempore hic Ordo profecerit, quantum Ecclesiæ Dei utilitatis attulerit; quam multa eius Ordinis Collegia, diuina fauente gratia, alia alijs in Prouincijs instituta fuerint, non sine maximo earum Nationum fructu, & commodo. Quorum diligentia alibi fides Catholica confirmatur: alibi hæreticæ prauitatis pestis reprimitur: alibi Gentiles, & idololatræ relicto idolorum cultu ad Christi veri Dei cultum conuertuntur. Ex quo cuius perspicuum est excitatum hunc à Domino Ordinem fuisse his tam turbulentis, & calamitosis Ecclesiæ temporibus, & aduersus satanæ ministros, & operarios oppositum: vt, cum illi Ecclesiam Catholicam vehementer oppugnent, eam hi non minus acriter defendant: cum illi simplicibus hominibus errorum tenebras offundant, hi lucem veritatis ostendant, vt quantum denique illi prauis exemplis, & disciplina pestifera destruunt, tantum Hi vitæ, ac morum sanctitate, & salutari doctrina ædificent. Huius Ordinis maximum in hac alma Vrbe Collegium habemus, quod tanquam Seminarium quoddam est aliorum, quæ per Italiam, & extra ipsam Italiam in Germania, & Gallia propagantur.

C

Ex

Commen-
datur Hisp.
Regi Col-
leg. Ro-
manum.

Et Socie-
tas: qua
singulari
studio à se-
de Apostol.
cõplectitur.

Ob strenuã,
& vtilem
in vinea
Domini
operam.

Et incredi-
bilem vti-
litate.
Commoda
ex eius
Collegijs.

Qua vbiq;
instituta
non sine
maximo
nationum
fructu.
Laudatur
ex fidei di-
latatione
Societas,

Et opposi-
tione cum
Hæreticis.
Qua tanta
est, vt quã-
tam illi de-
struunt, ipsa
ædificet.
Et ex Rom.
Coll. gene-
rosis suis,
ac frugife-
ris plantis.

*Vbique
gentium
expansis
ad fidei di-
latationē.*

*Etiā in-
ter Hære-
ticos, &
infideles.*

*Quantum
huic Colle-
gio debeat
Ecclesia
Regi pro-
ponit Pon-
tifex.*

*Et hortat-
ur, vt il-
lud sua li-
beralitate
complectatur.*

Ex hoc vberissimo Seminario Apostolica Sedes instituit dese-
ctos, idoneos ministros tanquam generosas, & frugiferas
Plantas, alios aliò prout vsus venerit, conferendas mittere: qui
quidem tum instituendis pie, & diligenter pueris, tum præ-
dicando Euangelio, tum ministrandis Sacramentis fructus
eos, Domino cooperante ferunt, quibus hoc tempore Eccle-
sia Dei maxime indiget. Nullum, inquam, hi laborem pro
Dei honore, & huius sanctæ Sedis obsequio recusant. Eunt,
& nauigant ad omnes Nationes & loca, quocumque mittun-
tur, etiam ad Hæreticos, ad Infideles, & ad remotissimas In-
diæ partes, sine vllò omnino metu, eius nimirum auxilio fre-
ti, cui deseruiunt. Itaque multum debemus huic Collegio
ita de Religione Catholica merito, & assiduè merenti, adeò
ad Christi Domini nostri, & huius sanctæ Sedis obsequia
parato. Sed vt in hac Vrbe tanquam Christianæ Religionis
arce, & Ecclesiæ Catholicæ Capite positum omnibus Eccle-
siæ membris prodesse possit: non solum à nobis diligenter
tuendum est, qui ei certè non desumus, sed piorum omnium,
tuoque imprimis auxilio, tua protectione indiget. Qua de re
quædam ad Maiestatem tuam mandata dedimus Venerabili
Fratri Alexandro Episcopo Cariateni Nuncio nostro. Sed
ex eo necessitatem ipsius Collegij te cognoscere maxime vo-
lumus. His autem literis proprie indicandum tibi duximus
fructum, quem ex eo vniuersa Ecclesia maximum, & maximè
opportunum percipit. Quamobrem M. T. hortamur in Do-
mino, rogamus, & in remissionem tuorum peccatorum tibi
suademus, vt pro tua præstanti in Deum pietate, in Religio-
fos & bene de Christiana Religione merentes Ordines libera-
litate, sicut Rex vere Catholicus hoc Collegium complecti-
re, & quam commendatissimum habeas: certum habens ti-
bi, & filio tuo, & in hoc, & in altero sæculo quidquid his Dei
seruis tribueris, profuturum. Datum Romæ apud S. Petrum
die 24. Nou. an. 1561. Pontificatus nostri anno 2. *Ita Ibidem
lib. 5. n. 158.*

AB EODEM, Qui pari curâ totius Christianæ gentis custos in omnem partem excubans Septentrionem respexit. Grauelano nuper creato Cardinali SOCIETATEM in Belgio, diplomate item Apostolico commendauit. Zachariæ Delphino, & Ioanni Francisco Comendono Legatis, quos circumire ciuitates, Principesque Germaniæ, & ad Tridentinum Concilium inuitare iusserat, mandata addiderat protegendæ, & quàm plurimis locis collocandæ SOCIETATIS. Hac, & alia Pij Pontificis pia erga SOCIETATEM studia. Ibid. num.159.

Societas & Pontifice Legatis commendatur.

Quam pluribus in locis collocari desiderat.

AB EODEM: Cui Collegium nostrum sortè visenti, adstantibus Cardinalibus Sabello, Sanctæ Floræ, Vitellio, & Gonzaga breui significatum excessu Cardinalis Carpenfis Orbatam Patrono SOCIETATEM, simulque dubitationem Patribus incidisse, utrum præstaret certum ac destinatum adsciscere, an Cardinales omnes, sicut experiebantur, pro Patronis habere: cupere id arbitrio eius Sanctitatis esse: eiusque mentem, ac nutum sequi. Pontifex cum uehementer probasset, ne quis vnus nominatim Patronus assumeretur, clementer adiecit: PATROCINIUM VESTRUM IPSI NOS RECIPIMVS, NOS ERIMVS VESTER PROTECTOR. Que benigna Sanctissimi Patris voluntas ingens SOCIETATI gaudium peperit, & multum animi ad res gerendas addidit. Sic in eadem Par. 2. Hist. lib. 8. num. 7.

Eius se Patronum, & Protectionem declarat.

AB EODEM: Cuius animo non poterat non ex his in SOCIETATEM nostram piissimis studijs enasci dolor, atque molestia, quoties sentiret à maleuolis cum iactura diuini honoris, salutisque mortalium, eam impeti, quam ipse tantoperè commendaret. Quod cum sæpè aliàs, tum præsertim testatus est litteris, quas in patrocinium SOCIETATIS iniuriâ lese ad Maximilianum Imperatorem luculentè conscripsit, in hunc modum. Ad aures nostras peruenit extitisse nonnullos qui diuini timoris immemores, & conscientiæ suæ negligentes, inuidia scilicet, & prauis quibusdam studijs occæcati libellos quosdam contumelios, probris, & maledictis plenos disseminauerunt aduersus Ordinem totum SOCIETATIS IESV & quosdam eius Professores nomi-

Littera Pontificis ad Imperatorem.

Pro tuenda contra libellarios Societatis fama.

*Quam ladi
molestè feri
ob multa,
& insignia
erga Reli-
gionem
officia, &
merita.*

*Eius inno-
centia à
Cardin. de-
putatis de-
claratur.*

*Inde So-
cietatis
opinio apud
Pontif. &
Cardin.
magis au-
th.*

*Ab Impe-
ratore con-
tra libella-
rios suppli-
cium.*

natum qui sunt cæteris notiores. Sanè molestè tulimus lædè famam, & violari existimationem eius ORDINIS, CUIVS TAM MVLTÀ, ET INSIGNIA CONSTANT ERGA RELIGIONEM CATHOLICAM OFFICIA, ET MERITA. Qua in re non modo eis iniuriam fieri putauimus, sed id agi intelleximus, vt pia opera, quæ per eos in diuersis Orbis terrarum partibus effici consueuerunt, talibus calumnijs impediuntur. Quia verò eos Libellos non per Italiam modo, sed per Germaniam etiam diuulgatos fuisse, & in tuæ quoque Maiestatis notitiam perlatos esse accepimus, eam ignorare nolimus. Nos cum ad explorandam certius veritatem negotium dedissemus quibusdam fratribus Nostris de Collegio Cardinalium, viris admodum grauibus, vt de criminibus, quæ illi SOCIETATI, & quibusdam de Collegio huius Vrbis obiecta fuerant, quærent: eos re diligenter quæsitâ comperisse, atque ita nobis renunciaffe, ea probra, & crimina, falsò illis & temerè admodum, à maleuolis, ad constandum ei SOCIETATI odium & infamiam obiecta fuisse. Qua in re non confirmata fuit modo nostra, & ipsorum Cardinalium opinio de huius Collegij, & SOCIETATIS Vniuersæ pijs & laudabilibus institutis, vitæque, ac morum integritate: sed etiam non parum aucta, cum diligens de ijs rebus inquisitio innocentiam eorum magis patefecerit, in lucemque protulerit. Hæc eò ad Te scripsimus, vt veritati & innocentia testimonium debitum impertiamus, & ipse scias nullam oramino fidem contumeliosis illis, & impudentibus scriptis habendam esse: hortantes Maiestatem tuam, & petentes, vt cum non ignoret ijs, quicumque piè & religiosè viuere volunt, nunquam deesse solere vexatores & obtretratores, quippe qui ne ipsi quidem Domino & Saluatori nostro defuerint, eorum, qui in ea SOCIETATE sunt innocentia faueat, sicut iustum & Catholicum & sapientem Principem decet. prohibeatque ne obtretractoribus eorum vlla facultas detur ad impediendos eos quominus Dei honori, & animarum salutè,

sicut

ficut ad hoc tempus fecerunt, sedulo inferuiant: Collegia- que eorum omnia in Germania, & in alijs ditionis suæ Pro- uincijs, cum pro sua in Deum pietate, tum etiam pro Sedis Apostolicæ reuerentia studiosè tueatur, atque defendat. Pro quibus erga eos studijs Maiestas tua tanto maiorem à Domi- no mercedem accipiet, quanto illi liberius, & commodius tuo defensi patrocínio, & fauore adiuti Deo seruire, & cu- rationi vacare animarum potuerint. Datum Romæ apud S. Petrum die 29. Decembris 1564. Ita *Ibid. num. 34. eiusd. libri 8.*

AB EODEM, *Alteris literis peregrinjs ad Danielem Archie- piscopum Moguntinum Sacri Romani Imperij Principem Electo- rem, in quibus etiam ad eandem Societatis famam resarciendam, ita scribitur:* Non sine magna admiratione cognouimus libellos quosdam maledictorum probrorum, & contumeliarum ple- nos nuper disseminatos per Germaniam fuisse ad odium, in- famiamque conflandam vniuerso Ordini Societatis IESV, & quibusdam ex ea præcipuè, qui sunt ceteris notiores. Sane id moleste tulimus. Intelleximus enim id antiqui hostis instin- ctu actum fuisse, vt, quoniam ab eius Societatis Collegijs, quæ sunt in Germania, & alijs Prouincijs, magna & multi- plex his miseris temporibus ad Ecclesiam Dei utilitas perue- nit, eorum bona opera per maleuolorum hominum obtre- ctationes, & Calumnias impediuntur. Et si autem rem ita se habere credimus, tamen ad veritatem certius explorandam, & ad obstruendum os loquentium iniqua, delectis quibus- dam Cardinalibus, grauib. viris mandauimus, vt in Colle- gij, quod in hac alma Vrbe est totius Societatis caput, mores, vitam, & instituta diligenter inquirerent. Qui quidem man- datum nostrum, qua debuerunt fide, & diligentia executi re- nunciarunt, se nihil comperisse eorum, quæ huic Collegio criminum loco obiicerentur: sed cum Ordinis totius recta, & pia instituta esse, tum eorum qui in hoc Collegio essent, mores, & vitam Castissimam, & probatissimam, & plane re-

Et pro Col- legijs pa- trocinium exposcit Pontifex.

Litera ad Archiep- Mogunti- num contra eosdem li- bellarios.

In quibus demonis instinctu Societatem vexari as- firmat.

Ob multi- plicem Col- legiorum fructum per Germaniam, & alibi.

Cardina- lium de Romano Collegio iudiciorum.

*Eius Casti-
tas proba-
tissima, &
religiosis
hominibus
digna.*

*Illi Semi-
narij Ro-
mani regi-
men tra-
ditur.*

*Ex calum-
nijs Socie-
tatis, &
Rom. Col-
legij opinio
magis au-
ctā.*

*Mogunti-
num Colle-
gium Ar-
chiepiscopo
commendat
Pontifex.*

*Societas
eohors Pon-
tificis con-
tra hereti-
cos.*

ligiosis hominibus dignam : satis autem sibi constare quos-
dam iniquo odio impulsos, & invidia obcæcatos, ea crimina,
& probra commentos esse, propterea quod angerentur, &
dolerent, nec pati æquo animo possent ipsius potissimum
Collegij quasdam ad res antea pia opera, & fideli obsequio
vsos nos esse : & curationem nuper ac regimen Seminarij
quod nos in alma hac Vrbe ex Concilij Tridentini decreto in-
stitui iussimus, omnibus Venerabilibus fratribus nostris S. R.
E. Cardinalibus approbantibus, vltro eidem delatum fuisse.
Quam rem quoniam illi impedire non potuissent, nec vllum
eorum criminum, quæ illis libellis obiicerent, se probare pos-
se scirent, suadente Diabolo ad tam demens, tamque prauū,
& nefarium consilium descendisse. Quia igitur obtrectato-
rum calumniæ in tam graui iniuria hoc saltem attulerunt
commodi, vt quanto illi magis huius Collegij, & Societatis
vniuersæ famam, atque exultationem lædere voluerunt,
tanto magis ipsius Collegij innocentia, & vitæ, & morum
honestas patefacta sit, nostraque, & fratrum nostrorum de
eius Societatis pijs, & laudabilibus institutis, non confirmata
modo, sed aucta etiam opinio, ad Officium nostrum pertine-
re duximus his literis veritati, & innocentia testimonium
impertire. Proinde fraternitatem tuam hortamur, vt Colle-
gium Societatis eiusdem, quod in Ciuitate tua Metropolitana
est, tanto posthac studiosius tueare, quanto iniustius, & im-
pudentius istos obtrectatores de ea Societate detrahere co-
natos fuisse reperimus ; ipsumque Collegium omni fauore,
& benignitate, sicut adhuc fecisti prosequi, atque vt quam-
plurimum Dei honori, & animarum saluti inseruire possint,
adiuuare perseueres. Datum Romæ apud S. Petrum die 30.
Decembris anno 1564. Sic Ibid. num. 35.

AB EODEM : *Qui videns operam, quam Societas summis
Pontificibus in conuersione hereticorum, atque Ethnicorum strenuè
nauabat, quasi pro sua Cohorte eam habere Pontifices Iuliano
Oratori dixit. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. n. 159.*

AB

* AB EODEM: *Qui audiens Canisij famam per totam Germaniam aduersus Hereticos diuagantem, gaudio tripudians, sic fertur exclamasse. Verè merentur isti Patres peroptime à Nobis fauoribus exornari, ac qualecumque priuilegium, aut beneficium spirituale, quod à me Canisius, ac IESV Societas petierit, gratissimo animo concedam. Ita apud Euseb. in vita parua P. Canisij fol.27.col 2.*

Ideo Pontificijs fauoribus digna.

AB EODEM: *litteris ad Carolum IX. Francorum Regem Christianissimum. Ad aures (inquit) nostras peruenit Collegium Parisiense Societatis IESV magnis affici cœpisse molestijs, & varijs vexationibus impediri, quo minus sicut cœperat inferuire salutem animarum, & vacare iuuentuti doctrina Catholica, & pietate, ac bonis literis, atque artibus imbuendæ, atque erudiendæ possit. Id accidit nimirum humani generis hostis instinctu, qui consuevit illis aduersari, seque opponere, quos bonis operibus videt esse intentos: & Dei seruos, quò fidelius Officio suo funguntur, eò acrius insectari. Sed id non laetaturam Maiestatem tuam esse scimus, vbi edocta fuerit de eius Societatis meritis. Nihil enim æquè Christianissimum Regem decet, ac Religiosos viros, & Dei honori inferuientes tueri, & ab iniurijs defendere. Eam igitur Societatem sciat Maiestas tua, propter pia, & laudabilia sua instituta, & ab Apostolica Sede confirmatam, & nuper à Sacro œcumenico Tridentino Concilio approbatam fuisse. Cuius Societatis propter vberes fructus, quos Dei Ecclesiæ his tam turbulentis temporibus attulit, non in Italia modo, & in Hispaniæ, & Lusitanæ Regnis, sed in ipsius etiam Germaniæ multis locis, & in Vrbe Regia Boëmiae Praga, eiusdem Societatis Catholicorum cura, & studio Collegia instituta fuerunt: quæ constat Deo iuuante multum in reprimendis hæresibus hæreticisque ipsis ad vnitatem Ecclesiæ reducendis profecisse. In hac quidem alma Vrbe Nos præcipuè Collegij, quod hic est operâ vtimur, quam & fidem, & vtilem admodum experimur, quascumque in partes Orbis terrarum, euenit, vt eius Colle-*

Littera ad Gall. Regem in vexatione Collegij Parisiensis.

A Damon excitata ob strenua opera in erudienda iuuentute.

In quibus Regi Societatis defensionem commendat Pontifex.

Quia laudabilis in suo Instituto: & approbata ab Apost. Sede & Trid.

Eius vbiq; plurima instituta Collegia.

Quibus hæreses repressæ, & hæretici reducti ad Ecclesiam.

Vrili Rom. Collegij opera virtutur Pōtifex ad quas-cumque terrarum oras.

Horatur Regem vt Societatem, ac præcipue Parisiense Collegium tueatur.

Præsertim ab Hæreticis, & obreçtatoribus.

Sociorum indefessus zelus in Gentilitate conuertenda, & Christiana Relig. propaganda.

Societas pro excolenda, & propaganda religione Christiana labori semper exposita.

gij Presbyteros diuini obsequij causâ mittamus: atque etiam eiusdem Collegij fidei, regiminique, de fratrum nostrorum consilio, nuper commilimus Seminarium quod ex Sacri Concilij decreto instituendum curauimus. Hoc eò Maie-
stati tuæ referimus, vt ipsa quoque pro suo in Catholicam Religionem, piosque viros studio, Collegia Societatis in Regno suo sibi diligenter tuenda, & fouenda esse intelligat. Sed cum reliqua pietati tuæ studiosè commendamus; tum præcipuè ipsum Parisiense Collegium eam vehementer hortantes, vt prouideat, curetque, vt id ab hæreticorum, obreçtatorumque iniurijs, vexationibusque diligenter defendatur. Qua in re, & Dei honori, & suæ, & regiæ illius Ciuitatis exstimationi consulat, experieturque in dies magis, sicut confidimus, quantopere expedierit id in ea Ciuitate Collegium institui. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 29. Maij 1565. Pontificatus nostri anno sexto. *Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. n. 19.*

AB EODEM: *In Bulla incipit Dilecti filij ann. 1563. Exuberans (inquit) & indefessus Gentilitatis ad Creatoris sui cognitionem adducendæ, Christianæque religionis propagandæ zelus, quem cordibus vestris impressit Altissimus, prorsus exigit, vt pias petitiones vestras de proximi salute sollicitas, exauditionis gratia condonemus, & c. Ita in Bullar. Indico Societ. fol. mihi 8.*

6. A P I O V. *Qui nec minus pie, atque beneuole Pium IV. subinde secutus, & ille verè Pius in Bulla incipit, Æquum reputamus ann. 1565. agens quibus de causis è Societate nonnulli ad Religionem aliam transire voluerint, Nihilominus (inquit) nonnulli animi leuitate, vt credebatur ducti, ac quietem labori, cui proculdubio Religiosi Societatis huiusmodi pro excolenda, & propaganda Christiana Religione continuo erant expositi; ac priuatum commodum, publicæ tam dictæ Societatis, quam Christianæ Reipublicæ utilitati indiscrete præferentes, fucatisque coloribus asserentes, se id facere ob frugem melio-*

melioris vitæ, aut strictioris obseruantia, &c. Et postea. Et nisi opportuno aliquo remedio dictæ Societatis indemnitati, tranquillitati, & conseruationi consuleretur, verendum erat, ne Societas ipsa, quæ in erudiendis, & docendis viris, qui Christianæ Reipub. per Verbi Dei prædicationem prodesse, & Catholicam fidem in remotissimis etiam Brasiliæ partibus propagarent, & seminarent, sedulo intendebat, taliter delusa, & defraudata viris sua impensa, & labore edoctis, careret literatis, qui operam in vinea Domini iuxta ipsius Societatis instituta, moremque præstari, & exerceri solitam, valerent adimplere. Idcirco, &c. Ita in Bullar. Soc. fol. 97. & 98.

AB EODEM: In Bulla ann. 1568. qua ille Societatis Constitutiones confirmavit, ipso statim initio, ac velut ex abrupto excurrit in Societatis IESV merita, non minus ad omnium admirationem, quam nostram verecundiam: Innumerabiles (inquit) fructus, quos, benedicente Domino, Christiano Orbi Societas IESV viros literarum præcipuè sacrarum scientiæ, Religione, Vita exemplari, morumque sanctimonia Perspicuos, multorum Religiosissimos Præceptores, ac verbi diuini etiam apud longinquas, & barbaras illas Nationes, quæ Deum penitus non nouerant, Optimos Prædicatores, & Interpretes producendo felicissimè hæcenus attulit, & adhuc sollicitis studijs asferre non desistit, animo sæpè reuoluentes nostro, &c. Et postea. Nos igitur (inquit) qui Societatem præfatam Nobis, & Apostolicæ sedi apprimè charam, singulari, paternoque amore prosequimur, &c. Ibid. fol. 106. & 108.

AB EODEM: Qui in Bulla incipit, Dum indefessæ ann. 1571. non minus propense, quam verè, iterato, & fortius inculcat prædicta, ita loquens. Dum indefessæ considerationis intuitu perferutamur, quantam Christianæ Reipub. vtilitatem attulerint dilecti filij Presbyteri Societatis IESV, ac planè conspicimus eos verè mundi huius relictis illecebris, ad eò seruatori suo se dedicasse, vt conculcatis thesauris, quos

D erago,

Varia eius munia in hunc scopum.

Ampla commendatio Societatis.

Eius fructus innumerales.

Filij scientia, religione, vitæque perspicui.

Optimi Prædicatores.

Apprimè cara Pontifici.

Vtilis Christianæ Reip.

Paupertate & humilitate præcincta penetravit ad Indos.

*Martyr
voluntaria.*

erugo, & tinea comedit, lumbisque paupertate, & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus vsque ad Orientales, & Occidentales Indias penetrauerint; ac eorum aliquos ita Domini amor perstrinxerit, vt etiam proprij sanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi efficacius plantarent, Martyrio Voluntario se supposuerint; perque eorum spiritualia exercitia etiam Regna ipsa fidem Christi agnouerint, ac tam inibi quam vbique terrarum charitatis, & misericordix opera exercere studeant; facere nullo modo possumus,

*Cuius filij
veri Pal-
mites Chri-
sto per cha-
ritatem
coniuncti.*

quin eos tanquam Veros Palmites in Christo per charitatem coniunctos, & benignè amplectamur, & ea sibi specialiter concedamus, quæ & paupertatis per eos emissæ voto, & eorum Instituto, ac commoditati credimus profutura. *Ita in Eodem Bullar. Soc. fol. 116. Potuitne ille ex nobilissimo Prædicatorum Ordine Religiosissimus, ac Sanctissimus Pontifex verbis alijs suorum virtutes hominum toto adhuc orbe clarissimas offerre prolixius, quam in duplici hoc testimonio prima illa Societatis studia, à maiorum suorum Sancti præsertim Dominici, & Francisci filiorum, exemplis, etiam tum recentibus inflammata commendauit.*

*Eorum
amor diui-
ni honoris,
& salutis
animarum
studium.*

AB EODEM: *In Bulla incipit, Dilecti filij ann. 1567. Cum (inquit) gratiarum omnium largitor Altissimus vestris cordibus, tantum honoris sui amorem, tantumque salutis animarum studium impreserit, vt ex Societate Vestra plurimi propagandæ Religionis Christianæ, & homines gentiles, idolorumque cultores ad sui creatoris, & Saluatoris agnitionem adducendi cupiditate flagrantes, non itinerum, non nauigationum laboribus, aut periculis territi, &c. Ita in Bullar. Indico Soc. fol. mihi 13.*

*Literæ ad
Archiepif.*

* AB EODEM, *literis peregrinjs ad Salentinum Archiepiscopum Colonensem: Habemus (inquit) satisfactionem tantam curæ, ac diligentix, qua Societas IESV se impendit in profectum, & salutem animarum (& te quoque scire credimus) ita vt videatur nobis Dominum sua ineffabili prouidentia*

tia

cia Eam misisse, ac instituisse in his miseris, & calamitosis Ecclesiæ temporibus, quia quemadmodum Hæretici vulpecularum instar extirpare, ac destruere vineam Domini contendunt, sic hi eius fideles operarij, ac diligentes Ministri continuo suo labore, eam defendere nituntur, extirpando ex ea hæresum spinas, vitiorumque Zizania, & in ea plantando quidquid fructuosum est. Visis ergo magnis ac varijs commodis, quæ Ecclesia sancta ab hac Societate accepit, pietate, charitate, morum puritate, ac sanctæ vitæ fidelium in ea commorantium, tantum breui annorum curriculo creuit hæc Religio, vt vix aliqua sit Christianorum Prouincia, in qua non habeat aliqua fundata Collegia: & vtiã plura haberet in Urbibus præcipuè hæresum peste tactis, & infectis. Ob has rationes amplectenda nostra Paternali curâ tota Societas, sicut facimus, & volumus commendare tibi affectuosè Collegium, quod in Colonia Ciuitate habet: quia summopere gaudebis, in dicta Ciuitate habere Collegium Societatis, in quo multa inuenies adiumenta ad Pastoris Officium laudabiliter exercendum, onusque leuandum tuis humeris impositum, magna spe, ac expectatione nostra, ita tamen vti ad manus non haberes tales Ministros, requirere debuisses magna curâ, sicut multi alij fecere Prælati. Quapropter te hortamur, & rogamus, vt tua benignitate dictum Societatis Collegium amplectaris, protegas, atque defendas à quacumque contradictione, & molestia, vt pacifice possit in salutem animarum, & Reipublicæ utilitatem in omnibus suis ministerijs, præcipue in erudienda iuuentute iuxta laudabile suæ Religionis institutum incumbere. Habebisque huiusmodi Collegium maximè commendatum, dabisq; operam, vt quidquid necessarium fuerit ad suam sustentationem, habeat: in quo facies quod dicta Societas meretur, & quod nobis debes & reuerentiæ huius sanctæ sedis. Dat. Romæ 21. Maij 1568. Ita in vita magna B. Borgia lib. 3 cap. 4. per Eusebium nostrum conscripta.

Societas se totam in animarum salutem impendit: vt videatur à diuina prouidentia instituta.

Et cōtinuo suo labore Ecclesiam contra Hæreticos defendit.

illi quam vtilis multiplici virtute.

Breuius propagata per orbem varijs Collegijs.

Urbibus præcipuè hæresum peste tactis vtilissimis.

Et Prælati ad onus officij leuandum.

Ideo ab illis magna cura requirenda.

Hortatur Pontifex Archiep. vt Colonienſe Collegium tueatur.

*Pontificis
litera pro
Duaceno
Collegio.*

AB EODEM ; *litteris pro Duaceno Collegio* : Quia (inquit) Societatis vestrae Collegia, quae apud multas variarum Pro- uinciarum Ciuitates constituta reperiuntur animarum saluti, fideique Catholicae tum propagandae magnopere utilia, ac- commodata esse intelligimus, idcirco Collegium vestrae So- cietatis sumptibus Monasterij Aquicinctensis, eiusque Ab- batis nuper istuc institutum esse cognoscentes, & magna ex ea re laetitia affecti sumus, & Monachorum eorum, qui in opere tam egregio perficiendo de religione quam optime meruerunt, pietatem, charitatem, deuotionem vehementer in Domino commendauimus. Eius enim opera non solum eadem animae lucra, Domino adiuuante, prouentura speramus, quae ex reliquis eiusdem Societatis Collegijs, & antea prouenisse, & nunc quam maxime prouenire compertum habemus ; sed etiam Vniuersitati ipsi in ista Ciuitate nuper institutae magnum ornamentum, utilitatemque allaturam esse iudicauimus. A cuius quidem Vniuersitatis iurisdictione praedictum Collegium, quod ex uiris religiosis constat, non solum quoad ipsorum personas, & bona, sed etiam quoad scholas, siue Grammaticae, siue humanarum literarum, siue Rethoricae, aliarumque liberalium artium, liberum, immu- ne, exceptumque esse volumus : & harum tenore literarum Apostolica auctoritate decernimus, atque statuimus ; sic, ut neque eiusdem Collegij Magistri ullo iuramento Vniuersitati obstricti sint : & quae sunt eorum consuetudinis, institutique propria, haec omnia nullo impedimento retinere, & conser- uare possint. Quod si eidem Collegio cum Vniuersitate conuenerit, & eius Vniuersitatis pars sit, hoc tamen sine ullo praedictae ipsius immunitatis, exemptionisque praedictae fieri volumus, & mandamus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 3. Nouembris, anno 1568. Pontificatus nostri anno 4. *Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 4. nu. 208.*

*Cuius pri-
uitas, sicut
& reliquo-
rum Socie-
tatis com-
mendatur.*

AB EODEM : *Qui statim ac creatus est Pontifex, ea conti-
nuò edidit summae erga Societatem benignitatis documenta, ut dice-
rent*

rent Patres secundum Marcellum, quem terris Deus tantum ostendit
 neminem fuisse studio erga eam maiore. Pignus illustre fuit, non tam
 re, quam nouitate memorandum, quod inter solemnem pompam, qua
 noui Pontifices ad lateranensem Basilicam peruehuntur, cum inter
 spectantes pro foribus domus Professorum, Præpositum Borgiam vi-
 disset; ad lecticam accitum, arcto primum complexu aliquandiu, tum
 longo sermone ad dimidiatum horæ quadrantem tenuit, toto interim
 consistente, & expectante agmine, nec sine varia Procerum, circum-
 fusæque multitudinis admurmuratione. Dum vero idem Præpositus
 Borgia de more ei Societatem tradit, & dicat, memoratque quarto
 eam solemniter voto in quælibet religionis causa peregrinationes Sedi
 Apostolicæ oblatam: atque totam, seque in primis adesse paratum, quo-
 cumque eius Sanctitas vultu designaret, siue ad Hereticos, siue ad
 Turcas, aliasque barbaras gentes: ad quam pietatem sanctissimus
 Pater, ut erat Pius, ac rectus illacrymauit, profiteturque, Pluri-
 mum se, & Consilio, & auxilio Societatis vsurum. Nec mora:
 eodem tempore, cum Maximilianus Imperator, imminente Turca
 Pannoniæ conuentum Augusta Vindelicorum de ratione belli gerendi
 edixisset; deque religione simul agitandum in eo conuentu rumor fer-
 ret, iubet Pontifex edi sibi nomina eorum è Nostris, qui cum ad alias,
 tum ad hanc nominatim expeditionem idonei forent. Tum quidquid
 beneficiorum, Priuilegiorum, atque immunitatum, vel ante eum Pon-
 tifices, vel ipsem tunc summus Inquisitor Societati concessisset, con-
 firmauit, iusso Cardinali Amulio qui præsens aderat, viue vocis ora-
 culum rite testificari. Nec multis post diebus ex triginta ferme, qui
 nominati fuerant assatim instructi, paratique ad pergendum quocum-
 que Pontifici videretur, ad Augustanum Conuentum Hieronymum
 Natalem, & Iacobum Ledesnam selogit: atque Petrum Canisium iu-
 bet demandatam à Pio IV. Legationem persequi: Andream etiam
 Ouiedum Æthiopiæ Patriarcham, & Melchiorum Carnerium Nize-
 num Episcopum, missis ad utrumque diplomatibus, transferre se ad
 Iapones, & Sinas iussit, nec latius per Societatem honores spargi oport-
 teret. Post hæc Vincentio Laurco, quem in Montis Regalis Episco-
 patu successorem sibi crearat, cum Apostolicum Nuncium in Scotiam

Benignum
 se Borgiam,
 ac Socie-
 tati præ-
 bet.

Multumq;
 Societateq;
 vitur.

Confirmat
 eius Priuile-
 gia.

Missiones
 ex ea insti-
 tuit.

mitteret, Edmundum Haium Scotum Parisiensis Collegij Rectorem, & Thomam Darbishirum Anglum, adiunxit comites. Cum Thoma Orfino Strongulanorum Episcopo, quem ad visendas Regni Neapolitani Ecclesias mittebat, Christophorum Rodericium ire iussit. Catechismum ad Parochos ex Concilij Tridentini sententia, & commendatione conditum varijs linguis editurus, Gallice vertendum, Germaniceque, & Polonicè Societati dedit. Qui ex Oriente ad ipsum Pontificem venirent eorum interpretandas literas, ipsoque tractandos Patribus nostris attribuit. Iisdem commendatos voluit Heluetios Pontificie custodiæ. Eiusdem iussu consultationibus de corrigenda Sacerdotiorum assignatione (Datariam vocant) Ioannes Polaneus interfuit. Coactis in regionem vnam meretriculis, vetitisque alia, præter duo, adire Tempia, iussisque ad statas conciones convenire; concionatores in ijs Templis de Societate apposuit: quorum vocibus haud pauca ab infami ceno abstractæ. Cathecumenorum quoque Domus suscipi procurationem voluit. Et cum iam & domicilium amplius Cathecumenis capiendis, & diligentior cura edocendis regendisque requireretur, Beatissimus Pater letitia exultans, & ades laxiores coëmit, & totam contubernij administrationem ad Societatem detulit. Sic refertur Par. 3. Hist. Soc. lib. 2. n. 3. ad 7.

Catechumenorum procurationem Societati tradit.

Sermones varij de animo Pontificio erga Societatem.

AB EODEM: Cuius tot inter summæ documenta benevolentie immutatam Societatis existimationem, rumores varij quanto cum strepitu volitabant. Hi Pontificem reformandas suscepisse Iesuitas aiebant. Illi proprium genus vestium, & cucullam velle eis iniicere. Quidam Collegias redivitibus spoliare. Alij totum velle Ordinem extinguere. Alij alia pro moribus de sanctissimi Pontificis animo, in Societatem mutato sermones invaluere, ut cuique vel fingendi libido, aut leuitas suadebat. Quæ cum Franciscus Patiecus Cardinalis, rogatu Borgie, retulisset Pontifici, is, ut pio ducebatur consilio, queque agitabat non ad perniciem, sed ad perfectionem Societatis pertinere putabat, exclamasse in hæc verba fertur: Absit à nobis hoc peccatum grande: Videmus Deo complacitum in his famulis suis, perque eos utilitates Ecclesiæ suæ præclaras afferre. Dum ita viuent; non est quod negotium eis quisquam

Verus erga Societatem Pij V. animus.

quam faceſſat: ſed vt fauorem potius, atque patrocini-
 accomodet, quo ſecundum vitæ ſuæ formam ſeruitio ſe
 diuino impendant. Hæc Pontifex. Nec ſanè de cetero aliter ſe
 ipſe geſſit. Ita ibidem lib. 3. num. 39. Per multa Patribus, qui ad Qui pluri-
 mum So-
 cietatis
 opera vri-
 tut.
 Occidentales, vt vocant, Indias mittebantur, beneficia Eccleſiaſtici
 iuris dedit: ac fere omnia, quæ fuerant agentibus in India Orientis
 conſeſſa. Romæ ſub initium anni 1567. totam Cathecumenorum
 voluit adminiſtrationem ſuſcipi, egrè conſeſſo, vt liceret per alienos
 adminiſtros gerere. Duos ad ſuam Heluetiorum Cohortem, unum
 ad ceteram familiam in ædibus Vaticanis, cum quartus in S. Petro
 verba faceret, voluit concionari. Cumque Pœnitentiariorum iuſſiſſet
 explorari facultatem: ad id munus Patres Franciſcus Toletus, &
 Ferdinandus Solerius vocati ſunt. Ioannem Polancum Florentiam
 miſit, quedam haud leuis momenti cum Cosmo Duce, eiſque libe-
 ris Ferdinando Cardinali, ac Principe Franciſco tractaturum. Atque
 inter alia, vt querelas inter Cardinalem Medicum, & Vrbinatem
 Ducem, ob damna in ſinibus ad Caſtellum Durantium illata com-
 poneret, ne in perniciem euaderent publicam. Quod Polaneus è ſen-
 tentia Sanctiſſimi Patris effecit. Chriſtophorum Roderitium, quem
 ante Strongilano Epifcopo miſerat, ad multos circum miſit Epifcopa-
 tus, cum vt explicaret rudioribus chriſtianam doctrinam, tum vt
 rerum ſtatum cognoceret. Ita ibidem num. 40. Ex quibus planè
 conſtat plurimum Societatis opera Pium V. uſum eſſe pro ſumma
 erga illam beneuolentia, & in Eccleſiæ bonum, & proximorum
 ſalutem.

AB EODEM: Qui quidem quantum Societatis probaret Conciona-
 torem ſibi
 ex Societa-
 te eligit.
 operam, ea quoque re declarauit, quod non familia ſuæ modo,
 ut alijs annis, ſed etiam ſibi ex ea Concionatorem aſſumpſit:
 vt eodem tempore, quatuor de Societate ſacri Oratores in Va-
 ticano dicerent: unus ad Pontificem, alter ad eius familiam, ter-
 tius ad Canonicos, & populum in S. Petri, poſtremus ad Heluetios Et tres
 alios in
 Vaticano
 iubet cou-
 cionari.
 in ædícula Campi Sancti. Et cum Cardinalis Commendonus ite-
 rum legaretur in Germaniam, rogantem in digreſſu Pontificem, nun-
 quid haberet, de quo ipſum admonendum cenſeret, de hoc præter
 cetera,

Ac in Sa-
cello Pon-
tificio alios
latine di-
cere.

Ordinaria
in Parasce-
ue Oratio
Societati
tribuitur.

Pontificis
in Societa-
tem benefi-
cia.

Eam Epif-
copo Cala-
tino com-
mendat.

Restituit,
& laudat
priuilegiū
Cænobia
Virginum
non curan-
di.

Societas
vberimos
fructus de-
dit Eccle-
siae.

cetera, admonendum putauerit; ut quemadmodum suum habebant alia Religiosorum familia in Pontificio Sacello dicendi statum diem, ita suus attribueretur Societati. Quod Pontifex cum probasset, sacrique Pallatii Magistro transigendum mandasset, in proxima deinceps solemnia Ascensionis, Pentecostes, & diuinissima Trinitatis acciti è Collegio Oratores: inque annos sequentes certa assignata est ad dicendum dies feria sexta maioris Hebdomadae. Statuerat etiam Pontifex in Indiam quoque Orientalem, atque Occidentalem aliquos de Societate mittere, qui eas gentes, & Clerum inuiserent nomine suo, & confirmarent. Sed existimante P. Generali, & Assistentibus magis expedire, id ab Episcopis fieri, quibus Patrum aliquot Comites adderentur, in hanc sententiam facile venit. Reuerso ex Gallia Michaele Turriano Cenetensi Praesule, qui fuit postea Cardinalis, multa de Sociorum in Gallia effectu narrante, Pontifex ad Fabium Mixtum Episcopum Calatinum apud Regem nouum Internuntium scripsit: Ut è Sacerdotijs, quorum Regis esset designatio, attribuenda Collegijs curaret aliqua, vnde bonus operarum numerus in Regno tam auxiliorum indige pararetur. Atque humanis praesidijs diuina adiungens, Sacerdotes Societatis perampla potestate ad absoluendum consentientes instruxit. Porro restituit, & laudat priuilegium priuatum Cænobia Virginum non curandi. Deum Societatem omnem, iam ante alius Mendicantiū Ordinum priuilegijs gaudentem, declarauit se velle Indulgentiarum quoque concessarum participem esse. Sic Par. 3. Hist. Soc. lib. 4. à n. 133. ad 139.

7. A GREGORIO XIII. Ille (nunquam satis nec à me, nec vnquam ab vllō laudatus Societatis nostrae, & totius Ecclesiae Pater) ornatissimè de nostro Ordine semper locutus est. Et imprimis in Bulla incipit. Ex sedis Apostolicæ: ann. 1573. exprimens motiuum quare socij horas canonicas priuatim recitent, Nos (inquit) confidentes Religionem praedictam vberimos fructus ad Dei laudem, & sanctæ Catholicæ fidei propagationem, per vniuersum orbem dedisse, meritoque in suis pijs institutis confo-uendam esse; Motu proprio, & ex certa scientia, &c. Ita in Bullar. Soc. fol. 139.

AB EODEM: *In Bulla incipit*, Quæcumque: ann. 1576. *Eius filij varijs ministerijs laudabiliter incumbunt.*
 Nos igitur qui præfatos Presbyteros, ac Religiosos dictæ Societatis à studijs, lectionibus, prædicationibus, Confessionibus audiendis, & alijs verbi Dei ministerijs, ac pietatis operibus, quibus continuo laudabiliter incubuerunt, & incumbere non desistunt, quavis ex causa distrahi nolumus, &c. *Sic Ibi- dem fol. 154.*

AB EODEM: *In Bulla incipit*, Saluatoris: ann. 1576. *sufius In vinea Domini frugiferi Palmites.*
longe socios, & Societatem ita commendante. Sane, vt accepimus, licet dilecti filij Presbyteri Venerabilis Societatis IESV in vinea Domini tanquam frugiferi Palmites, in toto fere orbe, tam in continendis in via mandatorum Christi fidelibus, infirmis in fide consolidandis, ægrotisque sanandis, contractis alligandis, & abiectis reducendis, ouibusque dispersis, & lupis vespertinis, leonumque famelicis catulis in deuorationem expositis, reclamandis, & defendendis, quàm etiam ijs, qui extra ouile Christi, sacrosanctique imperij nostri tutelam, sub ignorantia iugo, in obscuris, & tenebrosis locis ac desertis per montuosas, ac difficiles vias aberrant, conuertendis, & ad nationes Catholica religione imbutas, ad immanes, barbarasque diuini cultus, politicique ornatus ignaras gentes, ferino potius, quam humano more viuentes sese extendentes, optimum, & vberimum fructum attulerint, & in dies maiorem sollicitudine afferre, Zizania extirpare, bonum semen renouare, plantare, terrasque incultas Euangelico sulco, & Ecclesiasticæ disciplinæ vomere eradicare non cessent. *Toto orbe diffusi in animarum salutem.*
 Ac dudum propter ipsius Societatis tam vtilis, tamque necessarias functiones, quæ cum in Domibus per frequentem pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentorum administrationem, & ad eorum frequentiam sectandam, exhortationem, prædicationemque, & spiritualia exercitia, & alia Verbi Dei ministeria, tum in Collegijs per lectiones tam bonarum literarum, quàm Philosophiæ, etiam & Theologiæ, ad iuuentutem bonis moribus, & literis imbuendam, ex ipsius Societatis primæua in- *Mira, ac varia Societatis functiones.*
Quas magno Ecclesiæ emolumento exercet.
 E stituti

stituti erectione, ac diuina vocatione magno Dei beneficio, & Ecclesiæ spirituali emolumento exercet. *Ita Ibidem fol. 158.*

*Militans
sub Nomi-
nis IESV
vexillo.*

AB EODEM: *In Bulla ann. 1578. quæ incipit: Pastoralis officij cura nobis, meritis licet imparibus ex alto commissa, Nos admonet, vt nostræ prouisionis efficiatur ministerio, quod ea, quæ Religiosis quibuscumque præsertim sub Sacratissimi Nominis IESV totius humani generis Redemptoris vexillo, ad illius honorem, & gloriam, proximorumque spirituum profectum, ac Orthodoxæ fidei defensionem, & propagationem in terris, militantibus, ab Apostolica Sede prouide concessa reperiuntur, sublatis quibuscumque impedimentis, suos, vt par est, debitos effectus, perpetuis futuris temporibus sortiantur. Ibidem fol. 177.*

*Ad illius
honorem,
fidei defen-
sionem,
&c.*

*Fructuosa
in Vineâ
Domini
verbo &
exemplo.*

AB EODEM: *In Bulla ann. 1579. quæ incipit: Quanta in vinea Domini fructuosa opera Societas IESV quotidie verbo, & exemplo in populo Christiano attulerit, continuoque labores, quos pro diuini Nominis gloria, & exaltatione fidei Catholicæ Presbyteri dictæ Societatis supportant, cordi nostro prouenit satisfactio, &c. Ibidem fol. 184.*

*Eius Insti-
tutum
pium, &
vtile.*

AB EODEM: *In Bulla ann. 1582. incipit: Pium, & vtile Societatis IESV Institutum non patitur certa quædam ab ijs, qui sub eius vexillo, atque disciplina salutariter militant, obiri, quæ in sacris ineundis generaliter præscribuntur. Quo circa cum dictæ Societatis, ac disciplinæ alumni nulli Ecclesiæ, nulli loco certo mancipati sint, vt ibi permaneant: sed veluti Viatores omni tempore parati, expectantesque diem, & horam, qua vel ad extremas orbis regiones, cum venit vsus, emittantur, &c. Ibidem fol. 211.*

*Filij viato-
res parati
vel ad ex-
tremas or-
bis regio-
nes.*

*Digni
æterna
mercede
operarij.*

AB EODEM: *In Bulla eiusdem ann. 1582. quæ incipit: Quanto fructuosius in colenda Domini vinea se exercet Veneranda IESV Societas, dignisque æterna mercede Operarij abundare conatur; tanto propensius contendimus eam religiosamque subinde quam instituit Prolem, vnde tota Respublica*

blica Christiana vbique subleuatur, profequi, & confouere,
etc. Ita Ibidem fol. 214.

AB EODEM: *In Bulla incipit, Ascendente Domino. ann. 1584. in qua laudatissimus hic, & perquam studiosus rei Catholicae, & Societatis assertor Gregorius, ad eius laudem, & sociorum commendationem, multa concessit: ego pauca, sed maiora seligam, & breui, si fas est, oratione, ipsius tamen verbis comprehendam. Ascendente (inquit) Domino, & Salvatore nostro in nauiculam, ecce motus magnus factus est in mari: ipse autem à discipulis rogatus ventis imperauit, & facta est tranquillitas, quam nos in Petri nauicula collocati, turbinibus excitatis, ab eodem Domino assiduis precibus postulantes, nostram interea operam, & laborem in frangendis procellosis fluctibus impedire non desistimus. Cumque tanti laboris socios, & validos Remiges diuina nobis prouidentia præparauerit, eorum opera in superandis sæuientis pelagi tempestatibus nos maximè subleuat, qui pro communi fluctuantium animarum salute propria commoda nihili pendunt, seque ad omnia discrimina exponunt. In quo cum aliarum Religionum studia, tum Societatis IESV assiduus pro Christo labor; nec non vsque ad finem perseuerantia, promptam se ostendit: Cumque Prolem Catholicæ Religionis valde proficuum, & ad omnia pericula pro Vniuersali Ecclesia subeunda paratam procreauit, aliam, atque aliam à prima non degenerem, præstante gratia Dei quotidie substituit, vt nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus altius prouecti semper prestò sint, quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos Operarios adsciscamus. Et postea. Quæ omnia non immeritò ab eis (nempe Pontificibus) sunt concessa ob egregias virtutes, & dona Societati antedictæ diuinitus elargita, cuius præcipuus finis Catholicæ est Religionis defensio, ac propagatio, animarumque in Christiana vita, & doctrina profectus, gratia quoque eius vocationis est proprium, diuersa Orbis terrarum loca, ex Romani Pontificis, seu Præpositi Generalis*

*Validi
Ecclesie
Remiges.*

*Societatis
assiduus pro
Christo la-
bor.*

*Procreat
prolem Ca-
tholica
Religionis
valde profi-
cuiam.*

*Eius virtu-
tes egre-
gia.*

*Præcipuus
finis Ca-
tholica
Religionis
defensio.*

*Media ad
hunc fi-
nem.*

eiusdem Societatis directione peragraré; vitamque in quavis mundi parte agere, vbi saluandarum sua opera animarum copiosior prouentus ad Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus sanctus bonæ memoriæ Ignatij Loyolæ Societatis ipsius Institutoris, eiusque Sociorum excitator, media quoque prædicationum, ac cuiuscumque ministerij Verbi Dei, doctrinæque Christianæ, & spiritualium Exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & Sacramentorum administrationis, ac præcipuè Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, horumque frequentioris vsus accommodauit. Ad quæ sufficienter, & pro dignitate præstanda, difficultates superandas, periculaque adeunda, quibus dictæ Societatis Religiosi in huiusmodi discursionibus, & ministerijs exponuntur, necesse est, vt ipsi, talia obituri, magno virtutis, & deuotionis præsidio muniantur, quod illis gratia in primis omnipotentis Dei, simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio, nec non Regularum, & Constitutionum obseruantia præstare cognoscuntur, &c. *Ita Ibid. à fol. 222. ad 224. Et tandem fol. 132. concludit Pontifex: Et nunc maximè, (vt felicissimè toto Orbe successus testantur) mirificos in agro Dominico fructus prædicto Societatis IESV instituto proferat. Quæ Societas (quemadmodum & alia nascentium Regularium Ordinum exordia) à Spiritu contradictionis impugnatur, &c.*

*Mirificos
in agro
Dominico
fructus
præferens.*

*Laboribus
pro anima-
rum salute,
& fide
propaganda
defatigata.*

AB EODEM: *In Bulla altera edita eodem anno 1584. qua incipit, satis superque dilectos filios Societatis IESV alumnos, suscepti iuxta maiorum suorum instituta pro animarum salute, & Christi Domini nostri nomine, & Orthodoxa fide propagandis labores defatigant, quibus subleuandi essent, &c. Ita in eodem Bullar. Soc. fol. 243.*

*Eius dili-
gentia, &
fides in
puerorum
educatione.*

AB EODEM: *In Constitut. pro Collegij Germanici erectione: Ceterum (inquit) cum Societatis Presbyterorum, in hoc educandorum, instituendorumque puerorum munere, diligentia, fides, integritas, & in alijs huiusmodi Collegijs, & in hoc ipso (nempe Germanico) satis cognita sit, atque perspecta, volumus,*

Iumus, idem Collegium, atque scholares sub ipsorum, sicut adhuc fuit regimine, institutione, doctrina, atque obedientia esse, &c. Ita apud Petrum Mathæum in summa Const. Pont. fol. 712.

AB EODEM: Qui sicut erat pro commissa sibi totius Ecclesiæ cura in omnes eius partes intentus, ac vigilans, operumque passim omnium diligens obseruator, & custos; cum alia obseruaret in alijs, In Societate IESV tria potissimum, & illa, vt aiebat, singularia, nec passim obuia mirabatur. Tantam in tam varia, excellentique doctrina demissionem animi de se modestissime sentientis; tantam in nationum, ingeniorumq; diuersitate tantâ vnionem, conspirationemque voluntatum; tantam in tam viridi, & viuida iuuentute Continentiam à voluptatibus ijs, quæ nimium quantum humano, etiam effeto corpori dominantur. Ita in Imag. I. sec. Soc. lib. 5. cap. 6. fol. 639.

Tria in Ea singulariaz animi demissio, Vnio & Castitas.

AB EODEM: Cuius in Societatem tam cumulatissimè beneficia veluti congesta, vt nec quid maius ab illo concedi, nec sperari à Socijs potuisset. Aptus firmandæ Polonum inter & Moscum pacis arbi- ter querebatur; in Societate inuentus est à Gregorio Antonius Possëuinus. Edocendi erant Libani montis accolæ Maronitæ; ad eos Thomam Radium, & Ioannem Baptistam Elianum Doctores castæ fidei Gregorius ablegauit. In amplissima quapiam Orbis Vniuersitate temporum malignitate innocenter propè descuerat Doctor Theologiæ nominatissimus inter suos; non alteri quam Francisco Toletio Societatis Romæ Theologo negotium à Pontifice demandatum: quod ille suauiter, fortiterque confecit. Nouum ille in Vrbe Sapientiæ Domi- cilium struxit, magnificentia, & amplitudine maximum, quod Romanum Collegium nominauit: vnaque præ omnibus, qui- bus tunc abundabat Ecclesia; & Roma potissimum plena erat, Ordini- bus sapientia, & virtute conspicuis, licet omnium Minima IESV Societas Gregorio placuit, cuius fidei, industriaque, & pietati moles illa tam ardua crederetur. In hoc ille Collegio primū institutam Annuncia- tæ Virginis Sodalitatem approbauit Apostolico Diplomate, quo eam- dem ample ditauit spiritualibus donis, translata in Generalem Socie-

Pontificis in Societatem beneficia.

Et præcipuè Collegij Romani institutio.

tatis eiusdem toto orbe propagande Pontificia potestate. Ita in Imag. cit. lib. 5. cap. 9. fol. 652. & 653.

Societas
Ordo san-
ctus per to-
tum orbem
sparsus:
quo ferè
nihil me-
lius.

A Deo con-
tra hæreses
institutus:

Ad Princi-
pum, & po-
pulorum
adiumen-
tum.

Totum re-
git Orbem:

Et cunãis
gentibus
prædicat.

Eius fru-
ctus ubique
præclari,
præsertim
in Germa-
nia.

AB EODEM: quem cum Vicarius Societatis, Salmeron, & Bobadilla Assistentes, vt ab eo benedictionem ad fausta Comitiorum auspicia, totius Conuentus nomine adijissent, in hanc planè sententiam ac verbis, paterno illo sensu, quo erga hunc Ordinem afficiebatur, ad eos Gregorius dicitur elocutus: Sanctus hic vester Ordo, ac verè, inquam, sanctus toto iam terrarum orbe propagatus est. Vbique Collegia, & domicilia habetis: Regna, & Prouincias, & orbem totum vos regitis. In summa nihil ferè in præsentia melius est, quàm Vester hic Ordo Sanctus, qui est à Deo aduersus hæreses institutus. Et quidem sub illud tempus venit in lucem, quo errores hi noui spargi cœpti sunt. Refert ergo plurimum ad Principum ac populorum adiuuentum (& certè nos ita cupimus) vt indies augeatur, atque proficiat, & ante omnia, vt Moderatoribus, ac Præsidibus aptis instruat, &c. Hæc, inter alia cohortationis verba, elocutus Pontifex: dumque de paterna cohortatione Oluerius Vicarius ei, & Bobadilla gratias agunt, adiecit. Nescij profecto non sumus vobis quidem opus exhortatione nostra non esse, quia Sanctus hic vester ordo, Prouincias, & Regna, & totum, vt diximus, Orbem regit: Vosque cunãtis gentibus prædicatis. Sic refertur Tom. 1. Par. 5. Hist. Soc. lib. 1. nu. 13.

AB EODEM; Cuius voluntati cum Natalis Vicarius, comite Palmio, Societatem offerret vbique gentium religionis causa, eiusque Instituti confirmationem peteret, Pontifex eximia comitate illis exceptis, & verbis auditis, coram Farnesio Cardinali, respondit: Se optimè nosse id temporum necessariam Ecclesiæ Dei Societatem esse: nec ignorare quàm præclaros vbique fructus, in Germania præsertim ferret: confirmaturum perlibenter quidquid superiores Pontifices dedissent. Ad se vbicumque vltus incideret fidenter adirent, bonum ac propitium habituros. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 8. num. 11. Et postea num. 19. additur. Quod Franciscum Toletum apud se conciones continuare voluit Gregorius:

gorius: & mox Viennam remisit, ut inde in Poloniam quoque rediret ad comitia creando nouo Regi: & interim Concionatorem Palmium eius loco substituit: & alium praterea domesticis iussit apponi. Quosdam coram se de Societate obloquentes, libere castigauit, affirmans, Post centum annos cognitum iri Societatem. Tam praeclare de illa sentiebat ac loquebatur. Sic Ibidem.

Et postea num. 20. Parum beneuoli quidam illo, inter alia, carmine animum sanctissimi Pontificis occupare tentauerunt, Iesuitarum Collegia ingentes possidere facultates, Ecclesias, Monasteria: sed cognita veritate à Polanco eo tempore Vicario, Dolere se, dixit Pontifex, quod essent perpauca: optare, vt longe plura, & ampliora essent, quo plures vineæ Domini cultores strenui, & vtiles alerentur. Hac Gregorius. Qui etiam aliquando Carolo Cardinali Lotharingo dicere auditus est, Religionem hanc ad Maiestatis diuinæ magnam gloriam his temporibus à Deo missam, firmarique, ac prouehi oportere: cohortans illum, vt primo quoque tempore cogitatam Academiam perficeret: futuram sibi instar Filiæ, quam primam genuisset. Simulque excitans, vt tuendam sibi in Galijs Societatem susciperet. Et rursus (vt refertur Ibid. num. 24.) in controuersia graui Conimbricensis Collegij, referente Cardinali Maffeo, quiddam non constare, vnde indicatio cause tota penderet, Gregorius tunc: Percunctare, inquit, ex istis Patribus: boni viri sunt: etiam si contra se cessurum sit, verum dicent. Tanta ergo Pontifici de Sociorum veritate existimatio. Magna sane beneuolentissimi Patris argumenta. Nec leuia sunt, quod cum pro Pœnitentiaria administratione in vaticana S. Petri Basilica ob aliquas causas non libenter à nobis suscepta, abisti præcisè vetuit: negans, aliunde idoneorum sibi confessoriorum, & linguarum parabilem copiam affuturam. Duos item Sacerdotes in Corsicam destinauit cum Episcopo Mariana: admodum lætus, Quod muniri Collegio viam, diceret, ad solitudinum illarum nihilo indicis meliorum culturam. Ita à Gregorio proclamatum vere Societatis Propugnatore, Patrono, ac Patre. Sic Ibid. num. 25.

Toletū, & Palmium sibi concionatores eligit Pontif. De Societate praeclare sentie ac loquitur.

Dolet Collegiorum paucitatem.

Societas à Deo missa ad diuinæ maiestatis gloriam.

De Sociorum veritate Pontificis existimatio.

Pœnitentiariam à Societate relinquere non patitur.

Ob inopiā idoneorum confessoriorum.

In Corsicam Socios destinat.

Collegium
Illyricum
Societati
tradit.

AB EODEM: *Qui cum ab Aquaiua tunc Prouinciali rogaretur, ne Collegium Illyricum Societati traderet, enumerante quam multos de Societate tam alioqui pusilla puerorum institutio adolescentium angustiis inclusos parietibus distineret, non sine publici boni damno, respondit: Nonne professionis vestrae est quascumque terrarum oras, ac gentes adire, vt eas conuertatis ad Deum? En quos dispersos cum labore eratis quaesituri, nos vobis tradimus congregatos. Credite, non est vbi labores vestros facerari possitis maiori cum lucro. In exiguo numero nationes vniuersas excolitis: èque semente non magna messem longe maximam praeparatis. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 8. num. 2. Sedes Collegij laureti optata: itemque expensa ex adis sanctae veltigalibus attributa: tanquam ei Nationi, apud quam suam Cellam aliquandiu voluisset hospitem esse, benignissima Dei Mater hospitij vicem rependeret. Ad ceteram liberalitatem adiecit Gregorius non mediocrem, ad solatia quoque nostrorum, hanc intemeratae Virginis Domum, humeris Angelicis sustentatam, colentium.*

Et lauret-
nam Do-
mum.

Socij inde-
fesso labore,
ac singulari
industria
iuuentutem
imbuunt.

AB EODEM: *In speciali Breui in fauorem Archiducalis Academiae Molsheimensis, dato pridie non. Decemb. cum hoc peregre regio Societatis elogio, constantis, & intimi amoris indice: Societatis, inquit, homines iuxta laudabile suum institutum à Sede Apost. ipsoque Sacro Trid. Concilio approbatum, iuuentutem, qua omnium Ordinum Reipub. Christianae Seminarium est, & à qua totius Ecclesiae incolumitas pendet, non minus Christianis moribus, quam LL. disciplinis indefesso labore, singularique industria imbuunt. Ita in Panegyri. eiusdem Academiae Leopoldo Archiduci Fundatori dicato. lib. 4. cap. 4. fol. 131.*

Per eos Iap-
ponia obe-
dientiam
praestat
Pontifici.

AB EODEM: *Qui cum primos Iaponiae legatos, trium Regum consanguineos, illius Ecclesiae Orientalis primitias, ducente eos inde P. Alexandro Valignano, Sacris suis pedibus affusus vidit, interque suas, & suorum lacrymas limpidissimae testes letitiae est amplexatus; negabat enim verò Alio quam filiorum loco habendos esse abs se Societatis homines, per quos sanctae Sedi ad obedientiam submitterentur populi tanti ad instaurandas Europae ruinas,*
alio

A quo ij fi-
riorum loco
habentur.

alio propemodum in orbe conquifiti. Ita in Imag. 1. ſec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 653.

8. A SIXTO V. Ad quem Claudius Generalis biduo poſt eius aſſumptionem cum Aſſiſtentibus ad Sacrorum oſcula pedum introductus, ita locutus eſt inter alia: Beatiffimè Pater, iubent Conſtitutiones noſtra, ubi Pontifex nouus creatur hoc nos deſungi Officio, ac pariter denunciare, præter commune obſequium, quod Chriſti Vicario vniuerſi Chriſtiani debent, Societatis noſtræ profeſſos, præcipuo ſe voto obſtringere, ituros quocumque ille iuſſerit, ſiue inter Hereticos, ſiue alios infideles, paratos in ſanctæ fidei deſenſionem, & amplificationem ſanguinem ipſum, ſi opus ſit, ſundere. Ad qua clementer Sixtus, Felices, inquit, veneritis, delectat nos veſter conſpectus: nouimus veſtra Societas quàm Salutaris ſit Eccleſiæ Dei: itaque ad nos liberè adite, libenter accipiemi: clementiam in nobis, & opem reperietis. Iaponij vt valent? Cumque reſpondiſſet Claudius rectè valere, deque eius Pontificatu gaudere, memores quàm Officioſè & amanter ab eodem nuper Cardinali excepti eſſent: ſubiicit Sixtus, Curate, vt eorum commoditatibus nihil deſit. Quod ſi quid opus ſit, nos conueniant, omni ope iuuabimus. Illiſque digna Romano Pontifice munera dedit, & ipſos ſolemni ritu Equites, qui ab calcari aureo vocantur, creauit: & ab Romanis in Patriciorum adſcribi numerum fecit. Quæ omnia in maximam Societatis commendationem redundabant. Ita refertur Par. 5. Hiſt. Soc. Tom. 1. lib. 5. à num. 14.

AB EODEM: Cuius animum poſtea ab Societate alienum eſſe, eiusque velle Inſtituta mutare, & Seminaria extinguerè vanis rumoribus vulgabatur. Sed aduentem ad ſe Claudium omni præcipuo honore cum accepiſſet, poſt multos variosque collatos perbenigne ſermones, dixit, Seminaria à Gregorio excitata non modo conſeruare ſibi in animo eſſe, ſed & perpetuis reditibus, quæ nondum eos habebant ſtatuerè, Sacerdotijs, vbi facultas daretur aſſignatis. Interim darent operam Patres, vt ipſum vbi occaſio vacuorum Sacerdotiorum offerretur, admonerent: tum nominatim de Societate adiecit, Effecturum ſe, ne ea Gregorium

F

deſide-

Societas
quam ſa-
lutaris ſit
Eccleſiæ
Dei.

Vani ru-
mores de
alienato à
nobis ani-
mo Pontif.
Sixti.

Eius beni-
gnus ſermo
ad Claudiũ
Gener.

desideraret. Ac scito, *inquit*, non multis ante diebus ad nos scriptum ab nostrorum Nunciorum quibusdam, non deesse qui Gregorio mortuo putent, idoneum sibi tempus oblatum ad vestros vexandos, quibus respondimus (*et literas ipsas ad cumulum bonae voluntatis ostendit*) nos rebus ipsis effecturos, ut omnes intelligant, quantum Societatem hanc amemus, & complectamur. Itaque id ipsum, quibus oportet, plane declarent, ac persuadeant. *Hec et alia clementissime fasus Pontifex Sixtus; ad extremum Societatis pro se preces etiam atque etiam*

Et Societatis Institutum laudabile, et utile omnino Ecclesiae fatetur.

postulavit. Sic ibidem num. 26. et 27. Et quando immutatus eius animus videbatur in innouando instituto, qua in re ab omnibus ferme sacris, profanisque Principibus, commendatitias literas in fauorem Societatis acceperat Sixtus, ad omnes in hanc ferme sententiam respondit. Nihil sibi de mutando Societatis instituto venisse in mentem, quod laudabile confiteretur, & utile omnino Ecclesiae sanctae, & conseruari omnino vellet, &c. Ita ibidem lib. 9. num. 23.

Societas diuina prouidentia excitata strenue laborat.

9. A GREGORIO XIV. *In Bulla incipit, Ecclesiae Catholicae. ann. 1591. in qua inuidiosum prope sit quod à Pontifice tanto plusquam paternus in nos affectus expressit. In his vero (inquit) Religio Societatis IESV, quam nouitlimè his diebus diuina prouidentia excitauit, adeo strenue laborauit, ac sine intermissione laborat, ut illius vel turbationem, & infirmitatem ad commune Ecclesiae damnum vel pacem, atque integritatem ad eiusdem utilitatem maxime pertinere putemus. Ita in Bullar. Soc. fol. 275. Potuitne sanctissimus Pontifex verbis alijs commendare prolixius Societatem? Et postea postquam Societatis Institutum, et rationem gubernandi confirmarat, nequid contra haec à quoquam tentetur, grauiter interdixit his verbis: Omni (ait) nobis studio curandum esse duximus, eiusmodi nouitatibus, ac temerarijs impugnantium praesumptionibus omnem aditum praeccludere, ac Societatis indemnitati prospicere: ut hac ratione Societas ipsa nostro, & Apostolicae Sedis praesidio munita, atque in sui Instituti puritate, & regularis disciplinae integri-*

Adeo, ut eius turbatio ad commune Ecclesiae damnum: pax et integritas ad eiusdem utilitatem pertineat.

Apostolicae Sedis praesidio contra impugnatores munita.

tegritate, quiete, ac pace conseruata, vberiores indies fructus in agro Domini pergat, ipso Domino adiuuante, alacriter absque impedimento proferre. Motu igitur proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile ipsius Societatis Institutum, Constitutionesque omnes, ac statuta, & Decreta, & quæ illud concernunt præmissa omnia, & singula, prædictaque, & quæcumque alia eius Priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à prædictis, seu etiam ab alijs Prædecessoribus nostris, etiam per communicationem, concessa, qualiacumque illa, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, &c. Ita Ibidem fol. 279. Et post plura fol. 283. Quo vero (inquit) ad reliqua, quæ in controuersiam vocata erant, sic statuimus. Nomen Societatis IESV, quo laudabilis hic Ordo nascens à Sede Apostolica nominatus est, & hæctenus insignitus, perpetuis futuris temporibus retinendum esse, &c. Elogium perillustre, ingens sane, & plusquam ingens Societatis gloria, eam sub augustissimi IESV Nominis triumphali signo natam, confirmatam, in campum eductam, & vsque ad interiturum Orbem, duraturam, contra teterrimos Religionis hostes, etiam Antichristum; ut postea ex Ioachimi prædicatione, & Christi reuelatione Theresia facta constabit.

Laudabile eius Institutum, & priuilegia confirmat Pontifex.

Et IESV Nomen perpetuo retinendū decernit.

IO. A CLEMENTE VIII. In Bulla incipit, Onerosa ann. 1600. Postquam (inquit) Christi Nomen, & Euangelium in extremis omnium terrarum Insulis, Regionibus, & Prouincijs Iaponum annunciari, earumque populi pulsa ethnica superstitionis errorum caligine Christianæ veritatis, ac fidei lumine illustrari cœperant, felicitis recordationis Gregorius XIII. Prædecessor noster considerans, nullos verbi Dei Prædicatores, præter Religiosos Societatis IESV ad Regiones, & Prouincias prædictas penetrare, illosque solos dictis Nationibus eiusdem veritatis, ac fidei amplectendæ Auctores, Præceptores, ac veluti Parentes fuisse, &c. Hæc Pontifex in

Christi Nomen, & Euangelium in Iaponiam intulit Societas.

Eius filij illis Nationibus fidei amplectenda auctores, ac parentes extiterunt.

summum Societatis decus, qui Religiosos omnes (ob infinitam prope messem) Ordinum Mendicantium ad prædicta munera accedere indulget. Ita Tom. 3. Bullar. Rom. Cherubini fol. mihi 106.

AB EODEM: Qui asserentibus se Societati contrarium vulgo circumferri, ingenti animi sensu respondit his verbis: Qui dixerit me aduersari Societati IESV mentitur plane, semper enim existimauit, SOCIETATEM IESV ESSE BRACHIUM DEXTRVM ECCLESIAE. Elogium sane breue, sed ultra quam dici potest admirandum. Ita refertur apud Fr. Christoph. Auendaño Carmelitan. Tom. de sanctis ser. de S. Ignat. & Xauer. discurs. 3. Et apud P. Suar. Tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. num. 5. Idem Clemens VIII. clementer, ac benignè alloquens Patres, qui ex vniuersa Societate Romæ congregati fuerant ann. 1600. Societatem BRACHIUM DEXTRVM SEDIS APOSTOLICAE appellare dignatus est. Nec me latet fustus, verbisque alijs, sed longe maiori benignitate plenis hunc casum describi apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 664. Vbi dicitur, quoddam Idem Pontifex prædictos dictæ Congregationis Patres, pedibus suis affusos alloqueretur, quid de nostra Religione sentiret, his verbis testatus est: Amo Societatem, atque vnicè charam habeo, Eamque DEXTRVM ECCLESIAE BRACHIUM merito profiteor, profiteborque. Quid de Societate benignius, honorificentiusve à tanto Pontifice dici, ne dum excogitari potuit?

AB EODEM: curante restitui in Polonia Societatem. Quæ autem res Clementem impulerit, vt missis ad Sigismundum Bathoreum Legatis, denuo recipiendam ab eo curaret Societatem, quam eius florentissima ditio potita, heresis exturbarat? Quid istum ipsum idem pro ea conari iussit in Gallia? existimatio, ni fallor, quam de Societate IESV habebat; eiusmodi, vt crederet, Murum opponi firmiorem pro Domo Dei nullum posse contra impetus armatæ impietatis, quàm sociorum in doctrina, & virtute constantiam. Sic in cit. Imag. Societ. sup. fol. 654. Et rursus idem Clemens VIII. Societatem ingeniorum, appellare consuevit IESV Societatem. Ita apud P. Adamum Contzen Politicor. lib. 6. cap. 28. §. 5.

Suum erga
Societatem
affectum
testatur
Pontifex.

Et illam
Brachium
Dextrum
Ecclesie
appellat.

Et Sedis
Apostolicæ.

Quam vni-
cè charam
habet,

Et firmio-
rem pro
Domo Dei
Murum
vocat.

Et Socie-
tatem in-
geniorum.

11. A PAVLO V. *Qui ipso statim initio Bullæ ann. 1606. qua Institutum, & illi concessa à Greg. 13. Privilegia promptè confirmat: Quantum (inquit) Religio Societatis IESV in Ecclesia ad fidei, pietatis, & Religionis augmentum profecerit, & indies magis proficiat, nos ipsi scimus, & Christiana Respublica nouit vniuersa. Propterea illam diuersimodè perturbare, ab incepto retardare, malis artibus humani generis hostis quotidie nititur: econtra vero illam & in suo laudabili proposito confouere, & ad Instituti ipsius puritatem, & nitorem pristinum retinendum adiuuare, nos totis viribus contendimus. Ita Pontifex in Bullar. Soc. fol. 303. Et postea ait: Institutum Societatis à Summis Pontificibus approbatum, & confirmatum, & in pristino candore, quo dicta Societas à bonæ memoriæ Ignatio Loyolæ illius Institutore, & Fundatore, Sancto Spiritu inspirante decoratum, aduersus malas quorundam quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi quærentium impugnationes, & calumnias Apostolica auctoritate, pœnis etiam adhibitis conseruatum. Ibidem fol. 304. Et deinde in eadem Bulla: Nos igitur (inquit) scientes totum Sanctæ huius, & nunquam satis laudatæ Religionis stabilimentum in viridi Instituti ipsius obseruantia consistere, &c. Ibid. fol. 309.*

AB EODEM: *asserente IESV Societatem non sine maxima totius Reipublicæ Christianæ vtilitate, & incremento per vniuersum Orbem dilatatam. Ita in Bulla Beatif. S. Ignatij.*

AB EODEM, *Aduersus quemdam Societatis aduersarium affirmante, Futurum se Societatis vindicem & illatæ iniuriæ feuerum vltorem, proinde malis cœptis desisteret. Ita in Annal. Soc. ann. 1612. fol. 270.*

AB EODEM: *Augustino Quintio Ordinis Prædicatorum de insula Masensi gratulante. Abi (inquit) frater hilaris, ac lætus, Urbem enim petis nouo quidem, sed celebri, ac magnifico Societatis IESV Collegio illustratam, quod ad Episcopale onus ferendum, multos tibi, ac strenuissimos Adiuutores dabit: præ-*

Societas proficit ad fidei, & religionis augmentum.

Ideo communis hostis illam nititur perturbare.

Pontifex econtra confouere. Eius Institutum à Spiritu S. inspiratum.

Et pœnis contra impugnatorem à Sede Apost. defensum. Sancta, & nunquam satis laudata Religio.

Per totum orbem maxima illius vtilitate dilatata,

Se illius vindicem fore spondet Pontifex.

Strenuissimos adiuutores Episcopis dat.

Ad Episcopale onus ferendum.

terquam enim quod rectis moribus, ac vitæ sanctimonia populum tibi creditum ad bonam frugem instituent, teneros quoque puerorum animos, quod ab Episcopis maximoperè optandum est, cum studijs literarum bonarum Christianis etiam institutis erudient. *Sic in Annal. Soc. ann. 1605. fol. 85.*

Benemerita de Ecclesia.

Et ardens in obsequio & gloria Pontificia Tiaræ.

* AB EODEM, Cardinali Ioyosæ pro Venetis Breue Apostolicum postulanti ad tollendas censuras, respondente, Se verbo suo, & auctoritati deesse Societatem deferendo, tam benemeritam de Ecclesia, ardentemque adeò in obsequio & gloria suæ Tiaræ, absentem ob sui interdicti obedientiam; seque illis promississe, consilium nullum cum Venetis initurum; nisi prius suis domibus restituta esset Societas, rationibusque aliquibus, quas Veneti contra ipsos allegabant compositis, de quibus ante omnia volebat agi, existente nimirum Sociorum exilio ob præcissam interdicti sui obseruantiam. Omnes isti moti tumultus (*addidit Pontifex*) ob duorum Sacerdotum vincula contra legem, & iurisdictionem Ecclesiasticam, estque prima actio, tamen tecum ipse considera, in hac secunda sanctæ Sedis honorem militare, si talis Religio, qualis Societas est, ex toto vno statu ob solam mei obedientiam expellatur. *Ita Par. 5. Hist. Pontif. lib. 3. cap. 1.*

Eius filij fortissimis, ac robustissimis virtutibus, viri sunt.

* AB EODEM: *Qui audiens in Sicilia Venetos à Turcis penè perditos, à nostris curatos, sic coram Cardinalibus exclamauit: Verè hi filij nostri fortissimis, ac robustissimis virtutibus viri sunt. Sic apud Fr. Anton. Tauares Carmelitam Lusitan. in ser. Canoniz S. Ign. fol. 6.*

Societas summa pietate fidei rudimenta docet.

12. A GREGORIO XV. In Bulla anni 1622. Societatis morem in docendo doctrinam Christianam, commendante. Cum itaque (*inquit*) sicut accepimus dilecti filij Clerici Societatis IESV inter pia, quæ exercent opera, peculiare illud Institutum iuxta vota per eos emissa, summa pietate, & diligentia amplectantur, vt nimirum & adultos quoscumque per vniuersum Christianum Orbem Catholicæ fidei rudimenta, &

Chri-

Christianas omnes virtutes accuratè doceant. Nos pro nostri Pastoralis officij munere, hoc pium, Christianæque Reipublicæ necessarium Opus, ex quo hactenus vberissimi fructus prouenerunt, ac multo vberiores posthac prouenturos speramus, &c.

Ex quo vberissimos fructus Ecclesie proueniunt.

AB EODEM, In literis Apostolicis ad Carolum à Lotharingia, Lotharingo Duci sanguini proximum, Episcopum Vrdunensem, cum hic facultatem ineunda Societatis fieri sibi à Sede Apostolica postu-
lasset: Quod (inquit) Reipublicæ Christianæ bono fiat, abie-
ctis humanarum curarum, opumque impedimentis ad eam
te confer Sacrae Militiæ Societatem, Catholici Nominis de-
fensione, & Hæreticorum excidijs Clarissimam; quam qui-
dem quanti nos faciamus, duo illi Christiani Imperij Pro-
pugnatores Ignatius, & Xauerius Sanctorum cognomento
nuper à nobis aucti, cunctis terrarum Prouincijs, sæculo-
rumque ætatibus declarabunt. Sic Pontifex apud Imag. 1. sec.
Soc lib. 5. cap. 10. fol. 665. Et hos ille Sanctissimos Heroës priusquam
Catholicis aris, Templisque colendos admoueret, ita auditis in Con-
sistorio suo publico eorumdem Virtutibus, atque prodigijs scribitur
elocutus: Merito quidem (inquit) miserentis Dei bonitatem,
atque potentiam in Ignatio Loyola Ecclesia Catholica ve-
neratur. Cum enim tenebrarum Princeps super altra Dei
folium suum exaltare, atque in Aquilone Sedem figere stu-
dens, nouis Hæreticorum armis Cælum adortus, Catholi-
cæ Religionis exitium minitaretur: peropportunè sane Igna-
tius animum gerens Mundo maiorem, & vltra vnus æui
terminos opera suæ pietatis extendens, Legionem in Eccle-
sia Dei Fortissimam conscripsit, quæ vitam pro diuini cul-
tus incremento paciscens in Romani Pontificis verba iu-
raret. Sic Ibidem: Sanctissimus Ecclesie Pater, & verè talis
Societatis.

Sacra Mi-
litiæ catho-
lici Nomi-
nis defen-
sione, &
Hæretico-
rum exci-
dijs clarif-
sima.

Quanti il-
læ Pontifi-
cæ faciendæ

Dum nouæ
insurgunt
Hereses,

Ignatius
animum
gerens
Mundo
maiorem,

Legionem
in Ecclesia
Dei fortif-
simam con-
scripsit,

In Rom.
Pontificis
verba iu-
rantem.

13. AB VRBANO VIII. Qui (inter alia prompta in-
nos monumenta pietatis) nec minus, haud segnius Gregorium secu-
rus, & celebratam ab illo sanctorum Ignati, & Xauerij Canoniza-
tionem,

*Nascente
Societate
nouus orbis
aperitur.*

tionem, & eiusdem amplissima Societatis preconia, suo etiam adiecto calculo confirmavit, in Bulla incipit, Rationi. ann. 1623. de Canonizatione S. Ignatij: Dudum siquidem (inquit) felicitis recordationis Gregor. Papa XV. Prædecessor noster pie attendens, quod ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quæ miro consilio suis quæque temporibus apte disponit, & præteritis sæculis, siue ad disseminandum Euangelium inter Gentes, siue contra subnascentes Herefiarchas destinauit plures sanctitate, & doctrina illustres viros nouissimis temporibus, cum pij Lusitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotissimas Insulas late patentem vineæ Domini propagandæ aditum aperuissent; nec minorem Catholici Castellæ Reges nouum in orbem ad Occidentem repertum pateface- rent; veterem autem religionem, omnemque illius sanctitatem, ac perfectioris vitæ professionem Lutherus monstrum

*Contra Lu-
therum &
sectas
excitatur
Ignatius:*

*Et Societa-
tem fun-
dat:*

*Qua Gen-
tilibus con-
uertendis,
hæreticis
ad fidei ve-
ritatem re-
uocandis,*

*Et Romani
Pontificis
potestati
tuenda ex
instituto se-
rotam im-
pendit.*

*Portantiū
coram Gen-
tilibus No-
men Domi-
ni dux præ-
eligitur
Ignatius.*

teterrimum, aliæque detestabiles pestes, blasphemis eorum linguis in septentrionis partibus corrumpere, & deprauare, ac Sedis Apostolicæ auctoritati detrahere conarentur; excitauit spiritum Ignatij Loyolæ, qui ex medio honorum cursu, & à sæculari, & terrena militia, admirabili quadam ratione vocatus; ita se diuino imperio regendum, & formandum tradidit, vt demum nouâ Societatis IESV, quæ inter alia pietatis & charitatis opera, Gentilibus conuertendis, Hæreticis ad fidei veritatem reuocandis, & Romani Pontificis potestati tuendæ, ex instituto se totam impendit, Religione fundata, vitam admirabili sanctitate traductam sanctissimo pariter concluderet exitu, ac plurimis sit miraculis illustratus, &c. Ita in Bullar. Soc. fol. 319. Et postea fol. 329. ait: Vix verè, quem prælegerat Dominus, vt eorum Dux foret, qui portarent eius sanctissimum Nomen coram gentibus, & populis: & infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, & rebelles Hæreticos ad illius vnitatem reuocarent, sui que in terris Vicarij auctoritatem defenderent. Hæc Urbanus pari in Societatem animo, & calamo protulit.

AB EODEM, Collegium Illyricum Domus Lauretanae Societatis regimini commendante, in Bulla edita ann. 1617. Cæterum (inquit) cum dilectorum filiorum Presbyterorū Societatis IESV in hoc educandorum, instituendorumque adolescentium munere, diligentia, fides, integritas, & in alijs huiusmodi Collegijs, & in hoc ipso satis cognita sit, atque perspecta, idem Collegium, atque scholares illius, ipsorum, sicut prius fuit, regimini, institutioni, doctrinæ, atque prudentiæ, eadem auctoritate etiam perpetuo subiicimus, atque submittimus, &c. Tom. 4. Bullar. Rom. Cherubini.

Sociorum in educandis adolescentibus diligentia, fides, integritas.

AB EODEM: Literis ad Principem Casimirum Societatis Novitium (deinde Cardinalem, nunc Polonia Regem) laudante Societatem, quam elegerat, in hunc modum: Quod licet (ait) hæc Religio caret asperitatibus, ac pœnitentijs exterioribus aliarum Religionum, studiosissima tamen erat mortificationi interiori passionum, subiectionique voluntatis ad obedientiam, in suoque primitiuo feruore constantissima, &c.

Societas mortificationi, ac obedientiæ studiosissima. Et in suo primitiuo feruore constantissima.

AB EODEM: Qui in Jubileo pro Anno centesimo Societatis dato die 20. Septembris anni 1639. asserit, Ex Societate IESV utiles & fructuosos in Ecclesia Dei Operarios quotidie prodire.

Eius Operarij utiles, & fructuosi in Ecclesia Dei.

AB EODEM; Cuius Urbane benevolentia & animi addictissimi erga nos, olim felicissimè auspiciati, initium dissimulare, aut præterire non debemus. Is à Clemente VIII. missus (Maphæus id temporis Barberinus) Apostolicus extra Ordinem Nuncius in Gallias, gratulaturus Henrico IV. & Mariæ Mediceæ Regibus Christianissimis primogenitam Sobolem Ludouicum XIII. Vbi Parisios venit vidit illico ante Senatorium Palatium stantem adhuc infamem pyramidem in Religiosissimæ Societatis dedecus nuper erectam ab ijs, qui Hereticorum plus æquo rebus aliquando studentes, Sociorum innocentie vel ignaros, vel inuidos auscultarant. Sed non tulit Præsul æquissimus tantam virtuti iniuriam fieri in Christianissima Civitate; & eos, quorum integritatem venerarentur etiam barbari, ab ipsis Ecclesiæ Romanæ filijs conculcari. Itaque qua erat & prudentia

Urbanus iam tum Cardinalis Nuntius iniuriosam Societati Columnam deiciendam curat.

dentia mentis, & pietatis affectu, & incorruptione iustitia, & Societatis amore preeditus, vsus etiam apud Regem Apostolica libertate dicendi simul suscepit innocentia patrocinium, & se secuturis Ecclesie Principibus exemplum imitandæ virtutis dedit. Quid multa? suadente, & urgente ipso deiecit Rex iniquissimum insaniam nunquam promerita monumentum: & ita quidem deiecit, ut expetenda Societati, non fugienda fuisse, tanta licet iniuria, videatur: minus enim ab erecta in nos columna dedecoris, quam ab euersa per Henricum, agente Barberino Nuntio, estimationis & gloriæ redundauit. Ita in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 654.

Eius Collegia Gymnasia Sapiëntia.

In quibus gladij ancipites cuduntur ad confundendas Diabol. legiones.

Et armalucis ad hæresim profli-gandâ, aut exterrendâ.

Societatis charitas in Deum, & proximos, & Christiane Religio-nis zelus.

Animarum salutem omni studio procurat.

Referta vi-ris pietate, & doctrina insignibus.

AB EODEM: In Breui quodam Apostolico ad Regem Poloniae misso: in quo tantus Pontifex suam erga Societatis homines opinionem, & existimationem pandit, adeo magnam, ut diceret, In eorum Collegijs, quæ Gymnasia Sapiëntiæ habentur, & gladij ancipites cuduntur, quibus feliciter soleant confundi Diabolicæ legiones. Et postea subdit: Qui (id est Iesuitæ) lacte pietatis iuuentutem nutriunt, & armis lucis hæresim aut profligant, aut exterrent. Quid ad Societatis, ac Sociorum commendationem illustrius? Ita refertur apud P. Danielem Bartoli in vita, & instituto S. P. N. Ign. lib. 1. fol. 515.

14. AB INNOCENTIO X. In Breui quodam Apostolico edito, anno pro Missionibus Societatis in quo eas illi mirificè commendat. Cælestium (inquit) munerum Thesauros, quorum dispensatores esse nos voluit Deus, libenter ijs impartimur, quos pro sua in Deum, & in proximos charitate, & Christianæ Religionis zelo, animarum salutem omni studio procurare intelligimus. Quo in genere cum Societatis IESV Religiosos habeamus. Nos sane eorumdem Religiosorum pietatem, ac operam confouere, atque augere cupientes, &c.

AB EODEM, In Breui altero ann. 1646. de Superiorum Societatis triennio: Prospero (inquit) atque felici statui Societatis IESV, quæ viris pietate, & doctrina insignibus referta, vberes in Vineâ Domini fructus iugiter producit,

ducit, pastorali nostra solitudine consilere volentes,
etc.

AB EO DEM: *In Iubilao Religiosis Societatis concessio, eduto-
 que anno Religio (inquit) Vestra in agro Dominico diuina
 dispositione plantata, spiritualibus gratijs, merito à nobis
 irrigari debet, quo vberiores benedicente Domino fructus
 in dies proferre insistat, etc. Tam bene semper Innocentius de
 Socijs, ac Societate sentiebat: Cuius doctrina veritatem, ac firmi-
 tatem in materia de diuinis auxilijs, celebri illa decissione contra
 aliquas Iansenij Iprensis Episcopi propositiones, roborauit, vt satis
 liquido Theologia Professoribus constat.*

15. AB ALEXANDRO VII. Amantissimo SOCIETA-
 TIS nostre Parente, ac Patrono, eiusque libertatis assertore, & Vin-
 dice acerrimo, in litteris peregregijs in forma Breuis ad serenissimam
 Rempubicam Venetam, quibus Pontifex sanctissimus hortatur SO-
 CIETATIS restitutionem in toto suo Dominio in hunc modum. Di-
 lecti filij, nobiles viri, salutem & Apostolicam benedictio-
 nem. Laboribus, quibus vti fideles operarij in Christi vineâ
 SOCIETATIS IESV Religiosi viri assidue exercentur, fructus-
 que quos, Domino benedicente ex illa percipiunt, Nobilita-
 tibus vestris probè cognitos, ac perspectos esse non dubita-
 mus. Adeo enim vberes, atque amplii sunt, vt bonus eorum
 odor longe sese, lateque diffuderit, & ad longinquas etiam
 remotasque regiones iam olim peruenerit. Nos quorum hu-
 militatem supremus ille Pater familias, ac Dominus suæ do-
 mus custodiae, & agrifui cultioni præposuit solitudinis no-
 stræ debitum, ac præcipuam curam esse putamus, vtilis adeo
 seruos, ac traditis à Domino talentis augendis, in primis op-
 portunos, & vbique, & apud eos præsertim esse, quos pecu-
 liari charitate complectimur, quibus salutarem, ac fructuo-
 sam eorum industriam, atque operam fore præuidemus,
 quem amorem cum erga nobilissimam istam Rempubicam
 in visceribus geramus non inferiorem singulari eius in Deum
 Religione, in sanctam verò hanc Sedem obseruantia, molestè

*Vberes fru-
 ctus ingiter
 producit.*

*Plantata
 diuina dis-
 positione in
 agro Do-
 minico.*

*Pontificis
 litera de
 admittenda
 in Venetam
 Ditionem
 Societate.*

*Ob labores,
 quibus vt
 fideles ope-
 rarij eius
 filij exer-
 centur,*

*Et fructus,
 quorum
 odor vbique
 sparsus.*

*Et quia
 vtilis, ac
 Dominita-
 lentis au-
 gendis im-
 primis op-
 portuni.*

*Ob saluta-
 rem, &
 fructuosam
 eorum in-
 dustriam.*

Et vilitatem ex eorum aduentu percipiendam,

Præcipue in adolescentium educatione in virtutibus, & literis.

In quo nulli illis sunt peritiores.

Quod restatur illorum ardor Religionis propaganda.

Templorum cultus, Sacramentorum, ac diuini verbi administratio.

Et institutum pro diuina gloria augenda fideliter collaborans.

Quare ut recipiatur in Venetam ditionem hortatur Pontifex.

Quia sic Ignatij tutelam sibi conciliabunt.

admodum ferimus, eam iam diu, his Religiosis, nobis perquam charis, probatisque carere. Vnde proculdubio magnæ ad vos, ciuesque vestros vtilitates essent peruenturæ. No- uuit prudentia, sapientiaque vestra, quanti interfit maximè lubricam incertamque Adolescentium ætatem bonarum ar- tium, ac pietatis studijs enutrir, vsque adhuc refert à primis annis, optimis institutis assuescere, cum nempe ad ea, quæ ad id traduntur, accipienda aptissimi sunt addiscentium ani- mi, firmiterque deinde, quæ sunt tradita, in omni vita reti- nentur, in illa verò ætate gubernanda, sanctissimisque præce- ptis conformanda, iure nulli his Religiosis Peritiores, aut magis idonei esse existimantur, qui hac in re non exiguam vitæ partem ponere plerumque solent, callentque iam longo vsu, atque exercitatione facillimas quasque, & vtilissimas do- cendi, præcipiendique vias, quodque maximi fieri debet, non minori cura pietatem, Deique timorem, vnde iure om- nis sapientiæ, ac scientiæ initium ducitur, quam litteras, dis- ciplinasque edocere satagunt; testatur pium hoc illorum stu- dium, Religionis propagandæ ardor, Templorum cultus, frequens Sacramentorum, ac Dei verbi administratio, ipsum denique eorum institutum, quod vnam diuini nominis glo- riam propositam habet, pro qua augenda amplificandaque in omni doctrinâ, atque omni opere fideliter collaborant; dignam itaque prudentia vestra, dignam pietati, dignam per- petua in nos obseruantia, ac maximoperè ad diuinum auxi- lium impetrandum, opportunam rem facietis, eos quàm pri- mum in nobilissimam istam Ciuitatem, omnemque vestram ditionem recipiendo. Certè, si quantopere suorum benefi- ciorum memoriam Deus requirat, quantaque sit, reputabi- tis, quæ hoc tempore largita vobis est immensa eius bonitas, clementiaque; inter cæteras hanc quoque ipsi gratiam referre debetis, ex qua ingens eius gloria, ac laudis incrementum ex- titurum percipietis; multum etiam id valebit ad sanctissimi Viri Ignatij tutelam conciliandam cui deuotos, non minus

vos esse decet, quam maiores vestri fuerint. Ille siquidem cum huius SOCIETATIS fundamenta iaceret, diutius in amplissima ista Vrbe est commoratus, ac præclara passim in ea sanctitatis exempla edidit, ac quamplurima monumenta reliquit. Nam quod ad nos attinet non dubitamus, id in beneficij loco ponere, ex quo maximos, atque vberimos fructus estis percepturi; atque in hoc testem veluti ac pignus paternam nostram charitatem dare non veremur, quam vos magnam meritò semper esse duxistis, nec minorem existimatione vestra experti estis, eam sanè causam à multis annis aduersus Christianæ Religionis infensissimos hostes defenditis, quæ præcipuè, ac pro viribus à nobis fouenda est, verum ingens ad hoc efficiendum charitati nostræ in posterum pondus imponetis, atque ad hanc voluntatem hoc facto, is cumulus accedet, vt multo eam amplius incitaturi sitis ad istam Rempublicam, hoc præcipuè tempore omni conatu, atque ope quantum cum Domino poterimus adiuuandam. Adeo denique id Nobis gratum, iucundumque accidet, vt hoc vobis certo spondeamus, nihil à vestra in hanc sanctam Sedem obseruantia, reuerentiaque fieri posse, ex quo maiores stimulos addi animi nostri affectui censuri simus, & pro quo plura inuicem vobis sint benevolentia nostræ signa expectanda, quibus eam non mediocriter auctam erga vos ostendamus; vti etiam fusius exponet Venerabilis frater Carolus Episcopus Auerfanus Noster apud Nobilitates vestras Nuncius, cui fidem haberi à vobis cupimus, quibus à Deo felicitatem precamur, & Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

AB EODEM, *Litteris etiam peregrinjs in gratiarum actionem pro reuocatione eiusdem SOCIETATIS in eandem Nobilissimam Rempublicam, eiusque ditionem, omnium plausu, & acclamatione, & gaudio præcipue sanctissimi Alexandri sic scribentis. Dilecti filij.*

Qui diu in eorum Vrbe claro sanctitatis exemplo est commoratus.

Et id in beneficijs se positurum affirmat Pontifex.

Ac eorum Remp. maiori ex inde conatu adiuuaturum.

Nec aliquid gratius sibi, ac sanctæ Sedi ab ipsis fieri posse, testatur.

Littera gratificatoria ad ead. Remp. pro restituta Societate.

*Quantum
ex illa
Pontificis
gaudium!*

*Huius be-
neuolentia
memoriam
nunquam è
sinu suo
estatur
elapsuram.*

*Et vrbes
futuros
fructus
præsagit.*

*A prima
sua radice
non dege-
neres.*

*Qui nouo
præsidio ac
veluti muro
eorum Remp.
cingent.*

*Iuuentutem
in litteris,
Deique ti-
more eru-
diendo,*

*Ac diuina
gloria toto
corde in-
seruendo.*

*Et oratio-
nibus cre-
bro pro Re-
pub. eorum
insistendo.*

lij, Nobiles viri, salutem & Apostolicam benedictionem. In-
genti eximioque gaudio cor nostrum, ac mentem Nobilita-
tes vestrae compleuerunt ijs litteris, quibus receptos à vobis
in Nobilissimam Urbem istam, vestramque omnem ditio-
nem SOCIETATIS IESV Religiosos viros, significatis. Rem
enim summis maximisque difficultatibus hactenus impedi-
tam, ac frustra aliàs tentatam tam libenter, tanta cum filialis
animi declaratione, nostra causa, nostroque dumtaxat roga-
tu vos fecisse, intelleximus, vt merito vberrima ea lætitia fue-
rit, quam ex deuotione vestra percepimus, ac pro quo in a-
mantissimi Patris spiritu ac dilectione complexi vos sumus;
nec vnquam tantam erga nos beneuolentiam, tam paratam
voluntatem ex intimo nostro sinu, ac visceribus excidere
passuri sumus: nam cum insignem in præsentia fructum re-
tulimus singulari vestra obseruantia, ac pietate perfecta, tum
gratiorem longe in posterum, capiemus ex vtilitate, ac pro-
fectu, quem amplissimum ijdem Religiosi viri vobis afferent;
illi enim vt boni ac fideles Christi serui, vestra benignitate
adiuuante, Domino autem incrementum præbente, non
degeneres à radice, in qua plantati, ac fundati sunt, fructus
dabunt, tunc nouo præsidio, ac veluti muro circumcingent
florentissimam istam Urbem, iuuentutem in litteris, Dei-
que timore erudiendo, diuinæque gloriæ toto corde in-
seruendo, atque Orationibus insitendo, in quibus vestri be-
neficij memoriam crebro facient, confugientque ad Deum
in tempore opportuno, hoc scilicet tempore, quo Dominus
in furore atque ira nos arguit, quo tantæ, ac tam acerbæ
sunt Christianæ Reip. calamitates, atque vndique insur-
gunt impugnantes nos filij tenebrarum, ac inimici Crucis
Christi, cum quorum superbissimis, ac potentissimis, quo-
niam præcipuè vobis res est, non modo precibus, atque
orationibus ad Dominum exercituum sine intermissione cla-
mabimus, vt exaltetur dextera eius in Gentibus, quæ non
inuocant nomen ipsius, sed etiam nostrismet viribus, quan-
tum

tum licebit per tantas tribulationes, quæ inuenerunt nos nimis, res vestras, causamque libentissimè suscipiemus. Exigit hoc à nobis pietas ipsa, de qua agitur, exigit eximia obseruantia vestra erga hanc sanctam Sedem, cuius Maiestatem in humilitate nostra veneramini, id denique flagitat paternus amor, quem iure peculiarem tam parata filialis animi voluntate promeremini, ad quem Christi glutino indies magis vobis cupimus adhærescere. Venerabilis Frater Carolus Episcopus Auerfanus, Noster Apostolicus Nuntius, qui litteras Vestras vberime suis est profecutus; idem etiam has nostras disertius Verbis complectetur. Deus inclytam istam Remp. sapientissimumque Senatam veræ Religionis bono, ac Nominis Christiani gloriæ incolumen seruet, ac Nobilitatibus vestris Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub anno Piscatoris die 27. Ianuar. 1657. Pontificatus nostri anno secundo.

AB EODEM, In Constitut. super Regimine Superiorum Societatis IESV data Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 1. Ianuarij 1663. sui Pontificatus anno octauo. Debitum (inquit) Pastoralis Officij, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini diuina dispositione præsidemus, exigit, vt paternam dilectorum filiorum Presbyterorum, & Clericorum Regularium Societatis IESV, quæ ab ipsis foundationis suæ primordijs in re Christianæ Religionis iuuanda, promouendaque infidelium, & Hæreticorum conuersione, & horum pertinacia retundenda, & iuuentute literis, & probis moribus informanda, Christi que fidelibus in viam mandatorum Dei dirigendis (adiuuante Domino) sedulo semper, & fructuosè laborauit, ac etiam nunc strenuè laborat, curam peculiari studio gerentes, illa, quæ prospero felicitate ipsius Societatis regimini, & progressu impedimentum adferre noscuntur, è medio tollamus, & abrogemus, sicut magistra rerum experientia suadet, & nos matura

Societas sedulo, fructuosè ac strenuè laborans, In Christiana Religione iuuanda:

In promouenda infidelium, & Hæreticorum conuersione, horumque pertinacia retundenda.

In iuuentute literis ac probis moribus informanda.

consul-

consultatione adhibita ad omnipotentis Dei gloriam salubriter expedire arbitramur, &c. *Hec inter alia tantus Pontifex, ac verus Societatis Parens in dicta Constitutione reuocatoria alterius ab Innocentio X. expedita super Regimine Triennali Superiorum Societatis.*

Gratias
agit Socie-
tas Sanctif.
D. Alexan-
dro ob re-
ditum in
Statum
Venetum.

Magni fecit Societas hanc Alexandri Constitutionem, sed multo pluris restitutionem illam in statum Venetum ab eodem excogitavit: ob quam gratias agit Sanctissimo Congregatio Generalis XI. Decreto 26. sequenti. Quoniam à tempore, quo Societas nostra reuersa est in Serenissimæ Reipublicæ Venetæ ditionem, nunc primum conuenit in vnum Corpus totum Ordinem representans, censuit Congregatio id contestandum Vniuersæ Societatis gratum animum ob tam singulare, & immortale beneficium, quo vindicata est fama integritatis nostræ, & ablatum opprobrium, quod passim iactabant Hæretici, summas quàm humillimas gratias nomine totius Ordinis agendas esse Sanctissimo D. N. Alexandro VII. cuius auspicijs, Pastoralis prouidentia, & sapientissimo ductu perfectum felicissimè suscepimus negotium, quod complures antea magno quidem animi affectu, sed euentu irritò sæpius tentauerant. Hactenus Decretum.

Sacrum, &
Corona in-
dicta pro
eodem San-
ctissimo.

Et rursus Decreto 33. eadem Congregatio sic statuit. Proponente P. Vicario, & approbante Congregatione, decretum est, indicendum in Societate Vniuersa sacrum vnum, & Coronam itidem vnam pro Sanctissimo D. N. Alexandro VII. in aliquale gratitudinis nostræ specimen, pro tot illustribus beneficijs, & Apostolicis benedictionibus, quibus Congregationem hanc est impertitus.

Clem. IX,
Societati
concedit
officium de
Concept.
immacul.
Deiparae cū
octaua.

16. A CLEMENTE IX. *Qui inter alia beneficia, & fauores, quibus pro singulari erga nos beneuolentia, iam dignatus est ornare minimam Societatem nostram, præ alijs Ordinibus, est imprimis priuilegium celebrandi diem festum immaculæ Conceptionis Deiparae cum Octauâ; Et insuper recitandi Officium sanctissimi Parentis nostri sub ritu duplici in tota Ecclesia. De quo fauore (& alijs multis)*

multis) loquens R. P. N. Generalis Ioannes Paulus Olina, ad uniuersum Ordinem, ac singulos Societatis Prouinciales, ita scribit.

Et S. Ignatij sub ritu duplici uniuersim.

Credo me hisce allaturum nuncium, & V. Rev. & socijs vbique gentium longe gratissimum. Concessit siquidem summa cum benignitate Sanctissimus D. N. Clemens Nonus Officium sub ritu duplici de S. P. N. Ignatio iam pridem à tota Societate vehementissimè expetitum. Auxit beneficium conferendi modus, quo non ad preces nostras (quamuis supplicem libellum de eo obtuliffem) sed ob eximia merita S. Patris de Ecclesia Dei, & ob singularem uenerationem, qua sua Sanctitas ipsum colit, voluit hanc gratiam expediti. Incredibile prope est, quàm tenero cum affectu Paterni amoris loquatur identidem sua Beatitudo de minimo Ordine nostro tanquam valde exemplari, perutili Ecclesie Dei, & nulli Religiosorum Ordinum secundo: vt hoc ipsum incitamento nobis esse debeat, & ad incrementum Virtutis in nobis ipsis, & ad maiorem feruorem in cultura proximi, vt factis probemus vera, quæ à summo Pastore de nobis sunt prolata. Permultum me iuuat ad impetrandum hoc, & alia P. Aloysius Spinola à Sacris Confessionibus suæ Sanctitatis, & Rev. Collegij Germanici. Quocirca vt nos aliquam grati animi testificationem ex parte nostra erga tam beneuolum in nos quoque Parentem exhibeamus, singuli Sacerdotes tria Sacra offerant Deo, & reliqui totidem coronas, vt diuina bonitas omni gratiarum genere Sanctitatem suam cumulet, & nobis, atque Ecclesie suæ, quàm diutissimè incolumen conseruet. Romæ 15. Octobris 1667.

Litera R. P. N. Generalis Ioannis Pauli Olina de fauoribus Sanctissimi erga Ignatium & Societatem.

Illum singulari ueneratione colit sua Sanctitas.

De ista loquitur tanquàm valde exemplari, perutili Ecclesie Dei, & nulli Religiosorum Ordinum secundo.

Tria sacra, indicta, & totidem Corona pro sua Beatitudine.

CLASSIS II.

A CONCILIIIS.

I. **A** TRIDENTINO Augustissimo illo Senatu, sanctissimi
 Amoque Religionis Propugnaculo, quod ruentibus in peius
 Catholicæ rebus Ecclesiæ annis ante iam pluribus coactum Tridenti
 fuerat, cum demum prioris sæculi anno supra sexagesimum tertio solui
 inciperet, finemque spectaret; tanta, conspirantibus undique conue-
 nientium Præsulum, ac Principum testimonijs de recenti hac IESV
 Familia inaudierat, tanta in Laimio, Salmerone, & ceteris ad Con-
 cilium vocatis hominibus Societatis coram quoque spectauerat; ut
 quantâ eam haberet in existimatione, pluribus id quidem sæpe alijs,
 at duobus præsertim iudicijs denique commonstrarit. Horum vnum,
 hoc est, quod cum instituenda iuuenum Seminaria censuisset ad ido-
 neos ministros Ecclesiæ formandos, ac nemo prope esset qui non huius-
 modi prouinciam Societati in sua quisque Diœcesi animo destina-
 ret, ac permulti Collegia in eam rem postularent; senatus ipse, laudata ap-
 probataque tantorum Præsulum voluntate, Ipsamet Societatis
 Collegia, præstantia quædam iuuandæ Ecclesiæ Seminaria
 esse, pronunciauit. Alterum est, quod, cum de Regularibus, Reli-
 giosisque hominibus tractaretur in Concilio, essentque extra illud ma-
 leuoli, qui contra Societatem apud varios magni nominis Antistites
 moliri multa uellent; non solum non inuentus sit aliquis ex tanto
 Præsulum numero, qui aliquid contra Societatem diceret esse statuen-
 dum, sed ipsum quoque Concilium, etiam cum honorifica testificatione
 approbatæ à Sede Apostolica disciplinæ, summoque omnium cum con-
 sensu unam IESV Societatem à quibusdam legibus, quæ ceteris Re-
 ligiosis iniungebantur, exceperit hisce uerbis. Per hæc tamen san-
 cta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere,
 quin Religio Clericorum Societatis IESV, iuxta pium eorum
 institutum à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, &
 eius

Cõcilij Tri-
 dentini in
 Societatem
 Studium
 explicatè
 proponitur.

Societatis
 Collegia
 præstantia
 iuuanda
 Ecclesiæ
 Seminaria.

In Eius pio
 Instituto
 nihil uult
 innouare
 Concilium.

eius Ecclesiæ inferuire possit. *Seß. 25. cap. 16. de Regul. Ita apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 656.*

AB EODEM : In quo Societas statim ab initio magnam habuit doctrinæ opinionem. An aliquid ad Societatis tum primum nascentis doctrinam orbi testandam dici, excogitarique potuit illustrius, quam illud ? statutum illic fuisse omnium iudicijs eodem concurrentibus, ut inter Theologos primus Salmeron, postremus Lainius Iesuitæ sententiam dicerent : Ille ad earum rerum, quæ disputandæ, agitandæque proponebantur, illustrem explanationem, hic ad moderandas, temperandasque sententias. Ille vero dies, qui fuit, cum Concilij Patres communi consensione cauerunt, ne in eum diem publici conuentus indicerentur, quo Lainius, quem quartana febris inuaserat, minus valeret ! Itane frequentissimus ille confessus, & Orbis terræ Theatrum, ab vnius hominis Iesuitæ ore, & oratione pendeat, ut eo absente, vel ad Consilium dandum in rebus difficillimis doctrinæ, vel ad perorandum eloquentiæ subsidia desideraret ? Tantamne vnius ingenium lucem adferre Concilio potuit, ut qui instinctu, afflatuque diuino concitabantur, ij, prius quam de rebus in controuersia positis, certi aliquid statuerent, vellent cognoscere, quid vni, & egro quidem Iesuitæ videretur ? ô eximiam illam, & inauditam Orbis vniuersi estimationem ! ô summam de Societate Concilij tanti commendationem ! Ita Ibidem lib. 3. Orat. 5. fol. 438.

Eius de Salmerone, & præcipue de Lainio existimatio.

2. A TARRACONENSI; Prouinciali habito anno 1600. literis missis ad Clementem VIII. quibus Beatificationem S. Parentis Ignatij efflagitabat. Sancta (inquit) Apollolica, & Romana Sedes sole amicta, & coronata splendore duodecim stellarum, Regina vnius, atque alterius Poli peperit hunc spiritum salutis eodem tempore, quo Martinus Lutherus velut Hydra lernæa aperuit puteum abyssi, & incepit obscurare solem terrimo fumo, & terram replere pestiferis locustis; eo tempore opposuit hunc septimum, & fortem Angelum, qui tanquam filius dilectus, in quo Deus sibi complacuit, nube diuinæ protectionis velatus fuit, quoniam semper respexit arcum Cælestem, qui vertici insidebat, quique non aliud in omni-

Ignatius Luthero specialiter à Deo oppositus.

Septimus fuit Apocalypsis Angelus diuinæ protectionis nube velatus.

*Maiorem
Dei Gloriã
vestigans.*

*Christiana
Reip. Propugnator,
ac noua
Militia de
caelo lapsa
Dux,*

*Sua doctri-
na radijs
errorum
tenebras
dispellens.*

*Eius Pedes
Ignea Co-
lumna:*

*Alter Pa-
ganismi
mare con-
uertens, al-
ter terram
fecundans.*

*Doctrina
librũ manu-
gerit ad
iuuentutis
educationẽ.*

*Alter est
Orbis Atlas
quem sulcit
humeris
doctrina &
pietatis.*

bus rebus, quàm Dei maiorem gloriam vestigaret. Hunc Ignatium, suum Pontifices atmarunt quasi Propugnato-rem Reipublicæ Christianæ, eumque Ducem constitue- runt nouæ Militiæ, quæ de Cælo lapsa est, signatæ San- ctissimo Nomine I E S V; vt aspectu suo, ipso fulgentiori Sole, & iubare suæ doctrinæ, atque scientiæ tenebras omnium dispelleret errorum; collocarunt pedes Ignatij, quasi duas Columnas igneas; dextrum supra mare, pro Indorum, & Paganismi conuersione; sinistrum supra ter- ram, vt eam fecundaret feminibus virtutum, & salutaris doctrinæ post eradicatas spinas ignorantiæ, errorum, at- que hæresum; dederuntque Ignatio in manibus librum, vt à prima ætate bona ingenia erudiret, omnique optimâ lite- ratura, diuina, atque humanâ excoleret. Quamobrem Pa- tres Concilij istius, dum attentius perpendunt merita hu- ius Ducis Ignatij, quem Numen singulari prouidentia his temporibus Ecclesiæ dedit, vt velut alter Atlas Orbem ful- ciat humeris Doctrinæ, & Pietatis; æquum duxerunt, &c. *Hec Tarraconense Concilium in summam Societatis, & fundatoris laudem, apud P. Scherlog. Tom. 3. Cant. vestig. 34. num. 35. ex Relat. edita à nostra Ribadeneira Hispano idiomate de processu Beatif. eiusd. S. Parentis Ignatij, quæ excusa est Ma- trisi anno 1609.*

C L A S S I S III.

A CARDINALIBVS.

1. **A**S. CAROLO BORROMÆO : *Cuius mens extat in Diplomate Gregorij pro fundando Collegio Mediolanensi :* Solicito (*inquit*) considerans animo , quantam Reipublicæ Christianæ afferre consueverint vtilitatem Collegia dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis IESV optimè in pluribus Christiani Orbis partibus sanctissimè , & piè instituta. Ipsi enim nullam prætermittentes occasionem , qua in proximum charitatem suam exercere valeant , per totam terrarum orbem dispersi , neque sacculum , neque peram assumentes , & afflati spiritu , qui dat cuncta bona timentibus eum , non solum hic , & per totius Italiæ oras , verum etiam ab Aquilone ad Austrum retia tendentes ; & iam non piscium , sed hominum piscatores effecti ; eius ductu , qui summa charitas , & bonitas est , quotidie non cessant ministerium suum adimplere , fideles & infideles in vias , & semitas rectas adducendo , ac populos vbique dispersos , tam exemplo boni operis , quàm doctrina confirmando : tantaque in eos inualuit proximi charitas , vt ad Indos , & regiones incognitas secedentes , & per Martyrij palmam infideles ad Christi fidem reuocare non dubitauerint ; ita vt meritò cum exultatione referre possint : Domine , quinque talenta tradidisti mihi , ecce alia quinque superlucratus sum , &c. *Ita Eminentiſſ. Cardinalis apud P. Nigron. in Comment. Regul. Soc. Tit. Par. 3. num. 12.*

*Commen-
datur So-
cietas ex
Collegiorū
vtilitate.

Et ex filio-
rum erga
proximos
charitate.

Qui diuino
afflati spiri-
tuceſſante
suum mi-
nisterium
adimplent.

Hominum
piscatores
effecti.

Eorum
charitas ad
incognitas
Indorum
regiones
penetravit.

Matth. 25
20.*

AB EODEM , *præter donatam Aronensi tirocinio domum , tria condente , dotanteque Collegia , Mediolani vnum , per Heluetiam duo :* Futura (*vt putabat*) non tam suæ munificentiae testimonia , quam Religionis per eas oras firmamenta. *Ita apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 2. cap. 4. fol. 209. ex Glusſano in eius vita.*

*Societatis
Collegia.
Religionis
firmamen-
ta.*



S. Caroli in
Societatem
beneuolen-
tia signa.

Item non modicam beneuolentiae significationem erga Societatem præ se semper tulit Borromæus Sanctissimus, & hoc propriè primum Mediolani, quo die S. Felicis Templum apertum est, post Sacrum in eo magnificè factum, conuiuia se Patribus, cum suorum honestissimis commodato, deinde Romæ post addita per benigne cetera Societatis Domicilia, Collegij cohonestata mensa, illud addidit beneficium, quod iam dudum petebatur, ut Seminarij Mediolanensis procuracione Societatem exoneraret. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 7. n. 54.

Et exerci-
tiorum
æstimatio.

AB EODEM, mire vim, & energiam Exercitiorum S. P. Ignatij commendante: Cum Dux Mantuanus eius bibliothecam uisisset, mirificeque laudaret, conuersus ad illum Carolus, Paruulum (inquit) in pulpito libellum habeo, è quo plus haurio, quam è reliqua bibliotheca, quia nempe purius, & plenius tanquam ex ipso fonte. Ita in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 3. cap. 10. fol. 381. sic sanctus ille Mediolanensis Archiep. de aureo illo exercitiorum libello sentiebat.

Socij in
puerorum
educatione
ceteris
præferun-
tur.

2. AB INTERPRETIBVS. Concilij Tridentini in obseruat. declarat. eiusdem Concilij ad sess. 23. de Reformat. cap. 18. n. 33. Ante omnia (inquiunt) in Seminarijs constituendus est Grammaticus, & Musicus, qui pueros instruunt, & si reperiantur IESUITÆ ceteris anteponendi sunt. Ita illi. Grauis sane laus: tum quia ab Eminentiss. Principibus profecta, tum etiam quod hac in re nostrorum operam præ ceteris absque ulla exceptione commendat.

Societas
per orbem
cum maxi-
mo anima-
rum fructu
patet.

3. A PRÆSIDIBVS. Eiusdem Concilij: Religio (inquiunt) Presbyterorum Societatis IESV, quæ iam latissimè per Christianorum, & Gentium etiam prouincias (Deo quod cœpit Opus promouente) cum maximò animarum fructu patet, instituta in Ecclesia Dei, & approbata per Sedem Apostolicam fuit. Ita in Diplomate dat. Trident. 1. Nouemb. ann. 1561. apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 10. fol. 666. Item pro Societatis innocentia in quadam persecutione ijdem Eminentiss. Cardinales affirmarunt, Nunquam neque sanctissimum Dominum, neque ipsos de sinceris studijs, innocentiaque Societatis dubitauisse:

De eius in-
nocentia
Pontificis,
& Cardin.
iudicium.

bitauisse: non potuisse tamen non magnopere gaudere, quod post tot, tamque accuratas impugnationes non modo nihil de existimatione eius imminutum esset, sed probatior etiam, & conspectior integritas euassisset. Quapropter hoc nomine vehementer Patribus gratulari, cum Sanctitatem summi Pontificis, tum ipsos de Reformationis Concilio Cardinales, pariterque hortari, vt pergerent bono animo, quales hactenus præbuerant se, tales in futurum præstarent. Prouisum esse, ne quid amplius, à quo oppugnabantur, timerent, nunquam gratiam Sedis Apostolicæ, nunquam benignitatem desideraturos. *Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. nu. 28.*

Sedis Apost. gratiam eâ pollicetur.

4. A ZACHARIA DELPHINO, ET IOAN. FRAN. COMMENDONO *legatis etiam Apostolicis, quos circumire Ciuitates, Principesque Germania, & ad Tridentinum Concilium Pontifex Pius IV. inuitare iusserat, mandataque addiderat protegenda, & quamplurimis locis collocanda Societatis, & illi quidem diligenter, summaque benignitate executi mandata rescripserunt, Aditas abs se quamplurimas Ciuitates, obitasque Prouincias, & perspectum quam strenuè, quamque feliciter IESUITÆ ubique laborent: nec apparere aliam commodiorem, vel conseruandi integra, vel recreandi perdita viam, quam si multorum Collegia disponantur; idque se sedulo curasse. Ita 2. Par. Hist. Soc. cit. lib. 5. n. 159.*

Iesuitæ feliciter, & strenuè laborantes.

Quanta ex Collegijs vtilitas?

AB EODEM COMMENDONO: *Qui secum in legatione sua per septentrionis Prouincias Lambertum nostrum circumduxerat, adiutore ad regendos familiæ mores, & in rebus Religionis, quas Hæretici in controuersiam reuocarent disceptatore utens; eique viro Lambertus, cunctaque eius familiæ usque eo sapientiam, sanctitatemque probauerat, vt laudibus eius plenam, & actionibus gratiarum Epistolam ad Lamium Commendonus dederit. Præ ceteris (ait) nunquam in celebrem se venisse locum, quo non multo ante præcurrisset fama, cum Legato, Iesuitam aduenire: sique nihil aliud, id certè lucrifacuum, quod sit ostensum Hæreticis Catholicorum specimen Sacerdotum, ac Iesuitarum. Ita Ibidem lib. 5.*

Societas est Lambertus filio commendatus.

lib. 5. num. 178. Et postea n. 179. dicitur, quod rursus à legatione sua Commendonus Lambertum Moguntia reddidit, ipseque Coloniam profectus, Societatem Archiepiscopo, & Senatui enixè commendavit, affirmans, Nescire ipsos quantum haberent Thesaurum: & Romam scripsit, Ideo minus placuisse sibi Colonienfes, quod Societatem recipere, certumque ei domicilium, ac Templum tribuere cunctarentur: Sic socij, sic Societas commendabatur à Commendano.

Ut Thesaurus a fili-
manda.

Iterum in
Canisio
commen-
datur.

5. AB OTHONE TRUCHSESIO Cardinali Augustano, cuius in Societatem, & socios animi propensio vix credi potest: Nec omiti fas duxerim insignem eius aduersus Canisium nostrum pietatem. Ex Alsatia redeuntem exceptum Dilingæ non modo omni honore, ac benignitate tractavit, sed etiam voluit vel inuito manibus suis lauare pedes, & in eo Societatis. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. num. 11.

Et in Lai-
nio Gene-
rali.

Mortuo Generali Lainio idem Cardinalis Augustanus cum exequijs honorificis honestavit, in ijsque quas ei apparatu magnifico celebravit Dilingæ Cenotaphium non pulla veste (vt mos est) sed purpurea insterni iussit: quod tanti viri memoriam (vt aiebat) non luctu, sed gaudio prosequi, æquum esset. Cumque laudationem funebrem adiici voluisset, vbi Orator finem dicendi fecit, protinus ipsemet Cardinalis è suo solo fari exorsus in magna ciuium frequentia, inter cetera, Verissima sunt (inquit) quæ commemoravit Orator, sed prætermisit haud pauca. Tria ergo superaddam, quæ gesta sunt mecum. Discessuro in Galliam cum equum generosum, atque percommodum ei obtulissem, perpelli bonus Pater vt vteretur, nunquam potuit, atque eius verba hæc erant: Equus quidem optimus est, sed pauperi aptus non est. Deinde cum à Paulo IV. in Cardinalium Collegium coaptandus, ad me adiit lacrymantibus oculis; instirique vt ad summum Pontificem intercederem, & nihil intentatum relinquerem. Quod si illi certum esset perstare in sententia, sibi quoque certum esse fugam arripere, atque abdere sese.

De quo
Pontifice
creando
agitur.

His postremo adiecit Cardinalis, de subita à Cardinalium Conclauis fuga, vbi inaudiit de summo honore sibi demandando quosdam agere.

Ita

Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. n. 206. Nontamen hæc Laini fuga (scribitur Ibidem lib. 3. n. 47.) Cardinalium consilia repente discussit, sed duodecim è grauisimis iam ad summum illi honorem demandandum consenserant, haud incepto facile desituri, nisi vel sanctiones reueriti essent, vel inueterata iam exempla non aliunde Pontificem, quam è sacro Collegio assumendi. Hæc Otho in exequijs relatis publicè prædicauit. Sic tantus Cardinalis Societatis filios honorabat, quid Matrem Societatem?

Per Italiam extraque sparsi libelli famosi contra Societatem: illico gestientes arripiunt Heretici; Germanicè vertunt, quam possunt latissime fundunt: ad Imperatorem Maximilianum, ad alios Principes, & præ ceteris ad Othonem nostrum Cardin. Augustanum, tum Augusta agentem peruenerunt, is rei indignitate, communiq; detrimento commotus, quid stragis ea sceditas in Germania edat, quam Catholicis vniuersis à Patrum maxime doctrina pendentibus fracti animi, hereticis vero quam inflammati sint, Pontificem edocet, hortaturque, vt mature Apostolica ope succurrat. Pontifex id vt cognouit, vehementer excanduit. Auctorem libellorū muneris, cui ante præerat, administratione priuat, & sportula, que è Pontificio penu dabatur: iubet comprehendere, darique in vincula, ac seuerè puniri. Nec sane graue effugisset supplicium, nisi adnitente summo studio Societate. Ita Ibid. lib. 8. num. 33. Et ita per Cardin. Othonem fama, & innocentia Societatis restituta. Et tandem Par. 4. Hist. Soc. lib. 1. num. 51. proponitur eiusdem Othonis Card. erga Societatem ingens studium his verbis: Haud enim se aliter vnquam tulit, atque vnum è numero Sociorum. Non Dilinganam solum Academiam Societati tradidit, plurimumque de Collegio Augustæ statuendo certauit, atque vbiq; usus fuit singularia Officia præstitit; Sed plane cura, sollicitudine, letitia, mærore nihilo secus, atque sua in re, in prospero aduersove statu nostro commouebatur. Hæc ibi Sachinus.

6. A FRAN. MARIA TAVRVVSIO etiam Archiep. Senensi, qui in testimonio de sanctitate, ac miraculis S.P.N. Ignatij, sic ait: Omnibus, & singulis has nostras literas lecturis salutem in Domino. Beatus vir Ignatius Loyola Societatis IESV fundator

Defensa
contra li-
bellarios
Societas

Cuius in-
fama quã
pernitiosa
Catholicis,
& oppor-
tuna He-
reticis.

Othonis
Cardin.
erga Socie-
tatem stu-
dium.

Et Taurusij
celebre te-
stimoniũ de
sanctitate
Ignatij, &
filiorum.

*ij vera hu-
ius sæculi
lumina,
omnium
virtutum,
ac discipli-
narum ge-
nere præ-
diti.*

*Strenuè di-
micantes
pro fide pro-
paganda, &
Hereticis
conuertendi-
dis.*

*Diuina
providentia
in confir-
matione
Societatis.*

*Socij cha-
ritate ple-
ni, & ma-
gna doctri-
na exorna-
ti, &c.*

dator firmiora quidem suæ gloriæ testimonia habere non potest, quam quæ per eius instituti sectatores vera huius sæculi lumina, omni virtutum, ac disciplinarum genere præditos, Deus ipse euidenter exhibet. Quomodo enim ij strenuè dimicantes tam præclara infide Catholica propaganda, in Hæreticis conuertendis, & in Christianis moribus vbique terrarum reformandis, cum summa omnium admiratione præstarent, nisi Deo Duce, idem B. Ignatius cælesti clamide indutus, militibus suis præfulgeret, æterni Regni vexilla præferret, animum, vires, armorumque præsidia suppeditaret. *Quid hoc testimonio illustrius! quod refertur apud P. Danielelem Bartoli in vita, & Instit. S. Ign. fol. 592.*

7. A BARTHOLOMÆO GVIDICCIONO: *Ille, qui nouarum Religionum sub Paulo 3. tam acer, & tam pertinax insectator, ut non verbo tantum, sed scripto etiam (ut fertur) ex Lateranensi, & Lugdunensi Concilio, lapsam potius veterum Ordinum disciplinam erigendam esse, contenderet, quam instituendam nouam; Societatis sine percepto, sic animo commotus est, ut diceret: Nouas Religiones non probo, hanc tamen non probare non audeo: sic enim interius afficior, eos motus animi diuinitus sentio, ut quo me summa ratio non ducit, eò voluntas inclinaret, & affectu quodammodo inuitus complectar, quæ argumentis antea repudiabam. Ita apud Imag. 1. sæc. Societ. lib. 5. cap. 10. fol. 666. ex Par. 1. Hist. Soc. lib. 2. n. 114.*

8. A CAROLO GVISANO *Affirmante*, in Gallia Patronum Societatis, ac defensorem se fore, nequaquam alium sibi Patronum adscisceret. *Ita ille in eadem 1. Par. Hist. Soc. lib. 10. num. 108. * Qui rursus eiusdem Societatis homines appellabat, Plenos charitate, exornatos magna doctrina, & prudentia, efficaces ardentissimosque in confessionibus audiendis, & in omni Ecclesiastico ministerio. Sic apud Euseb. in vita parua S. Ignatij cap. 40.*

9. A FRANCISCO MARIA *Episcopo Portuensi, Cardinali à Monte in Actis Canonizationis S. Francisci Xauerij, vbi agens de*
eius

eius Apostolico munere, sic in ipſus, & Sociorum laudem erupit: Glorioſum Nomen Apoſtoli, quod fidelis Dei ſeruus Apoſtolicis factis, & ſanctitate non ſolum ſibi, ſed etiam ſuis: unde qua Luſitanum Imperium per Europam, Africam, Aſſiam, & nouum patei orbem, omnes de Societate IEſV Apoſtoli nominantur. Sic in Imag. 1. ſec. Soc. lib. 5. cap. 2. fol. 603.

Ij cum
Xauerio
Indiarum
Apoſtolo,
Apoſtoli
nominan-
tur.

IO. A IACOBO SABELLO: Qui (cum Roma hac opinio percrebuſſet, ad corrigendos mores, reſtituendamque religionem haud aliud preſentius oblatum eſſe remedium, quam hominum Societatis, quam plurimum operâ uti:) hac ductus opinione, ubi à Pio IV. eius in Vrbe Vicarius conſtitutus eſſet, accerſito Lainio Generali ait, Id ſe oneris ſubiſſe minimè inuitum, ſperantem eâ viâ in diuini cultus ornatum, & incrementum nonnihil collocaturum, idque adiumento in primis Societatis. Et quoniam recta populi inſtitutio emendatioque à Sacerdotibus idoneis pendeat, decretum ſibi, deliberatumque eſſe neminem ad Sacerdotalem gradum efferre, qui ab hominibus noſtris non probaretur. Proinde duos legeret à pietate, prudentiaque, ac doctrina idoneos viros, qui de initiandorum doctrina, & facultate periculum facerent, quorum iudicio ſtaretur. Hac ille Par. 2. Hiſt. Soc. lib. 4. num. 8.

Card. Sa-
bellus So-
cietati ini-
tiandorum
examen
committit.

II. A VINCENTIO LAVREO Epifcopo Montis Regalis in ſubalpinis, ac demum Cardinali, Turnoni Cardinalis nomine ad Generalem Lainium ſic ſcribente: Incolumis (inquit) Dei gratia Cardinalis Turnonius in Gallias venit: ſed cum magno animi ſui dolore religionis reſita perturbatas inuenit, nullus ut propè in hoc Regno ſit locus, quem non aliqua ex parte hæretica lues contaminarit. Cum vero aduentu ſuo partim ſeditiones graues, vel iam ardentibus extinxerit, vel orientes oppreſſerit, partim Chriſtianiſſimo Regi per literas malorum remedia, viasque ad vim ac fraudes ſeditioſæ huius, & conſceleratae ſectæ repellendas propoſuerit; nequaquam deſſe Turnoni vult ſolo ſuo natali. Id cum oppidum ſit octingentiſ

Littera ad
Gener.
Lainium,
in quibus
Turonenſe
Collegium
Societati
deſertur.

tis circiter domicilij frequens ad Rhodanum situm, ac sapientia studiosos non pauciores mille ducentis habeat propter opportunitatem Collegij, quod suis ibi impensis Cardinalis aedificavit, proximè ab tetra huius pestis periculo abest. Quam id loci haud quaquam effugisset, nisi & popularium aduersus Cardinalem amor eximius, & obseruantia defendisset; & vigil prudensque fratris filij custodia, qui Turnoniae domus generosa stirps, vel cum vitæ discrimine maiorum suorum illustria premens vestigia, noua hæc pietatis inuenta eorumque fautores propulsare, & oppugnare nunquam destitit: adeo vt ab inimicis fidei ad contumeliam (vt ipsi rentur) monstretur digito, & Papiſta vocitetur. Iam vero Cardinalis pro optima opinione, quam semper de sanctimonia vitæ, doctrinaeque integritate sacratissimæ Societatis IESV habuit; persuadet sibi suam hanc patriam contra impetum quemuis, fraudemque tartaream reddere inexpugnabilem posse, si præsidium ei de Vestris hominibus imponat, suumque Collegium custodiae Societatis fidæ, sanctæque committat. Neque vni tantum oppido, sed toti Regno sperat se ingens commodum allaturum. Etenim Collegium per opportunum cum sit tum situ, & opulentia oppidi, tum ædium magnificentia, & bis mille francorum annuo vectigali, præterquam quod discendi cupidos eo vt commeent, allicit; potest etiam multos è Societate præstantes enutrire viros, quos per Gallias sparſos certa spes est vbique innocentia vitæ, ac Dei verbo eiecturos, iugulatosque Catholicæ fidei hostes, & in pristinum Religionis splendorem Regnum omne restitutos. Nec leue erit commodum tam multos adolescentes, ex quibus deinde Antistites, Religiosi viri, magni Cancellarij, Præsides, Consiliarij, Senatores, ac ceteri Magistratus, Regnique administri creantur; à primis annis in sancto Dei timore educari, & Catholicæ custodia pietatis. Atque adeo haud mentiar, si huius mali originem ab talibus personis affirmem esse. Fecisset Deus vt omni Gallia Societatis stru-

*Optima
Cardinalis
opinio de
sanctimo-
nia, &
doctrina
Societatis.*

*Qua Præ-
sidium est
inexpu-
gnabile: &
commoda
toti Regno
Gallia.*

*Propter
præstantes
viros, quos
nutrit.*

*Fidei Ca-
tholica ho-
stes iugu-
latos &
inuentu-
rem in Dei
timore
educatos.*

*Huius Colle-
gia deside-
rantur in
Gallia.*

cta

Et Collegia essent: non ita laborandum Pontifici summo esset ad populum olim pietate inclytum in sanctæ Sedis obsequio, & Matris Ecclesiæ gremio retinendum. Id adeo experimentum apertè monstrat, quod Billomum atque Apamiæ Gallicanæ Vrbes, quamuis regionibus vitio contactis vndique obsideantur; tamen & se, & multas circa oras ab infanda contagione liberas seruauerunt. Huius rei gratia quibus fidelis Christi cultor diuinæ bonitati gratias debet agere, quod in hisce summis calamitatibus, quasi è cælo dimittere ad nos hanc verè Cælestem Societatem, dignata est. Cui cum Tu, Pater summe obseruande, merito præsis, cuius magnam incorruptamque sapientiam, prudentiam, & sanctos mores cognitos habet, plurimique, vt debet, facit Cardinalis, tanto acrius confirmat suum honestum hoc votum, atque inflamat. Ideoque iussit me tibi nomine suo, quod his literis facio, significare, mentem hanc eius esse, vt suum illud Collegium sanctæ huius Societatis sit. *Hætenus Vincentij literæ datæ Kælend. Octobris. Ita in ead. Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. n. 85.*

Ad populum in Sedis Apost. obsequio retinendum.

Quæ seruant Vrbes ab hæresis contagio.

Verè cælestis Societas, ac sancta.

12. A CHRISTOPHORO MADRVTIO Cardinali legato: *is cum in assignandis redbus Collegio Materatensi difficultatis aliquid interuenisset; & cum ab Oliuero, & dicti Collegij Rectore miseretur, magna voce (& aderant plurimi) velut concionabundus extollere miris laudibus Societatem aggressus, præter cetera, Gratias, dixit, ab omnibus Deo agendas, quod tali tempore, talem orbi terrarum hominum cætum dedisset: ac bonam deinde de pecunia sua stipem ad Collegium misit suum mittentis nomen quamquam frustra, cupiens ignorari. Ita Ibid. lib. 5. n. 85.*

Cærus, ob quem Deo agenda gratia.

13. AB ALEXANDRO FARNESIO, cuius tanta in Societatem benignitas, vt diceret Generali Lainio, cum quo multa ad animum suum spectantia ager decumbens communicauit, Societatis causa quamplurimum agere ad neminem omnium, quam a se prius pertinere, eo nimirum Officio, quo gloriosa stirpis facta tueri gentiles, & cumulare pietas iubet. *Ita Ibidem lib. 5. n. 145. Innatus sane tanto Principi amor, & benignitas insignis, &*

Card. Farnesij in Societatem benignitas

Eius filij
Pontificij
Milites.

peculiaris aduersus Societatem, adeo, vt dicere soleret Farnesius, cum quis ingrediebatur in Societatem, Debere ei Pontificem tanquam suo militi stipendium pendere. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. n. 159. Grande sane dictum breuibus licet caracteribus expressum in sociorum, & Societatis laudem.

Societas
facit bea-
tos.

Est ma-
gnum bo-
num, &
munus Dei.

14. A CAROLO LOTHARINGO, ET TURNONIO: Billomensium pro suo Collegio fundando ingens erat studium: dum autem ad predictos duos Cardinales supplicem super ea re libellum Billomæi deferrent, lumina illa, & propugnacula Ecclesie Gallicane lætissimè accepto libello addidisse orationem talem seruntur: Ô vos beatos, quos diuina Maiestas temporibus his horum virorum dono dignata est! vtinam eius misericordia fieret, vt singulæ huius Regni Prouinciæ tanto potirentur bono! Tenete vos, quibus concessum est: amplexamini Sodalitatem hanc Iesu Christi, & vestigijs eius, ac monitis inhærete. Nos & vestro nomine, & pro Officio nostro dabimus operam, vt Gallia tanto Dei munere nequaquam priuetur. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 5. num. 196. & statim additur: Interfuisse huic actioni quidam procuratorum testamenti Episcopi fundatoris, qui vel pietate, vel verecundia ducti, suum continuò libellum supplicem adiunxere. Postremo die in Conuentu Cardinalis Lotharingus verum se Patrum Societatis, ac Parentem probaturus de suscipienda ea retulit: postque sententiam suam multis cum eius laudibus explicatam accuratas preces adiecit. Secundum eum Cardinalis Turnonius, Quanta Deus per nouum hunc Ordinem, non in terris modo Christianorum, sed etiam apud Indos, & barbaros populos efficiat, cum susciperetur; Hoc etiam (inquit) si quid pertinere ad rem putatis addam. Ego his Patribus ob eorum cognitam mihi vitæ probitatem, sanctorumque doctrinam, Collegium illud meum, quod non sine magnis sumptibus apud meos ædificaui, perpetuo habendum cum Vniuersis vestigalibus dono dedi. Hæc ille: & tres alij Cardinales Armeniacus, Guisius, Borbonius eiusdem fuisse sententia.

Eius opera
apud Indos,
& barba-
eos.

Sociorum
probitas, &
doctrina.

AB EODEM LOTHARINGO, *Illud disertè asserente, Se ipsi Societatis Præposito (talís tunc erat Lainius) in amanda, tuendaque Societate nihil cessurum, suisque humeris etiam in Gallia, & vbique gentium posset, sustentaturum. Hæc Cardinalis coram Lainio locutus. Ita ead. 2. Par. Hist. Soc. lib. 7. n. 4. Idemque dixerunt ceteri, qui Concilio Tridentino interfuerunt totius Orbis Antistites, ut videre est in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 655.*

*Amata
quantum à
Lotharingo
Cardin.
Societas?
Quam suis
humeris in
Gallia su-
stentaturū
dicebat.*

15. A GABRIELE PALEOTTO, *appellante Ignatium Parentem, Lumen Ecclesiæ, virumque à Deo excitatum ad cogendam Societatem, quo velut reuiuisceret, nouaque sanciretur rei Christianæ disciplina. Ita in cit. Imag. lib. 5. cap. 1. fol. 590.*

*Ignatius
Ecclesiæ
lumen.*

16. AB STANISLAO HOSIO: *Qui cum Borgia renunciatur Præpositus Generalis, ipsi Francisco gratulatus est his verbis. Et si pridem allatum huc fuerat R. D. Vestram cuius insignis pietas toto celebratur in Orbe summa cum voluntate omnium, & incredibili quodam consensu sanctæ Societatis IESV Generalem esse designatum; quoniam tamen ex Vrbe nullas ante mensẽ Decembrem ea de re literas acceperim, differendam esse duxi meam gratulationem in id usque tempus, quo certius aliquid hac de re cognoscere licuisset. Deo gratias ago, cuius beneficio factum est, ut non solum huic Sanctæ Societati, verum etiam Ecclesiæ vniuersæ de viro tanta vitæ integritate, grauitate, prudentia prædito prospiceret: cuius cura, & diligentia prouideri possit Ecclesijs omnibus, ut ne careant Verbi ministris, qui non magis doctrina, quàm exemplo ceteris præcant. Quibus quò magis hæc mea diocæsis indigere videtur; hoc impensius munus, hoc R.P.V. delatum illi gratulor, mihi vero gaudeo. Nam illius opera futurum confido, ut nec alijs Ecclesijs, nec meæ desint fideles Operarij, qui laborent in Vineâ Domini. Hæc Hosius Cardinalis, ac Vermiensis Episcopus in Borgia, & Societatis laudem erupit. Sic refertur Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. num. 33.*

*Gratulatio
de Borgia
in Genera-
lem ele-
ctione.*

*Socij fideles
in vinea
Domini
Operarij.*

AB

*Societas
nata ad
Ecclesia
bonum: &
vtilis con-
tra hereti-
cos.*

*Polonia
Regnum
Societati
aperitur.*

*Honorifica
Alani lite-
ra ad Eue-
rardum
Gener.*

*Societas
lustissimus
grex.*

AB EODEM: *Qui etiam aliquando asseruit, Societatem ad Ecclesiam bonum natam esse, vtilemque Regno Poloniae in haereses fore. Ita in Synopsi Soc. lib. 3. cap. 4. fol. 161. Et (vt refer- tur Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. nu. 114.) Idem Cardinalis Hosius Triden- tino in Diocesim suam Vermiensem reuersus locupletissimos quosque, ac Senatores ante alios rerum nouarum cupidos deprehendit, contra- que Religionem Catholicam multa aperte, multa occulte molientes. Quare quod diu cogitauerat minime prolatandum ratus, aduocare Praesidium ex hac Cohorte statim decreuit. Cuius industria Poloniae Regnum Societati ceptum est aperiri.*

17. A GVILIELMO ALANO, *Cuius honorificae pro Socie- tate extant literae ab Euerardo Generali postulantes, vt Collegij An- glicani Duacensis curam suscipiat. Etli (inquit) calamus meus apud te iam diu cessauit; tamen animus meus, & corda meo- rum apud communem Dominum, pro te, lectissimoq; grege tuo non silent vnquam. Cum enim in his diurni exilij, & dif- ficillimorum temporum continuis calamitatibus omnibus facti sumus per Christum debitores; vestrae tamen sanctae Societatis in nostros homines merita, ceterorum Officijs vni- uersis antiquiora, gratiora, ac sane salutariora semper extite- runt. Meministi etenim, colendissime vir, nisi forsitan (quod facile crediderim) alijs a te tuisque praestiti beneficij Chri- stianè obliuisceris: alioquin in Belgio tum degens, & exules Anglos summopere complectens meminisse posses, (& Ego lubens sane recordor) iam tum ab initio desolationis nostrae, plerosque ab illa perditione ereptos, vel ad Sacrum Ordinem vestrum receptos, vel Ecclesiae Matri vestrorum studio, ac opera restitutos: vel sequentibus deinde annis Louanij pri- mum, tum Duaci, tandem etiam Romae consilio, charitate, consolatione, auctoritateque in primis vestra fuisse seruatos. Vt de hoc quantulumq; agri Dominici relicto semine post Deum, ac sanctissimum Patrem Gregorium, eiusque summos ministros, vobis patria nostra, si quam vnquam habituri su- mus, primas gratias debere videatur. Inter cetera tamen re- centif-*

centissimum est illud, & planè singulare, priora omnia beneficia vestra complectens, quod ad nostrorum istic studiorum institutionem non ita pridem ex Societate, alioquin varijs charitatis muneribus occupatissima, homines commodissimos concesseritis. De quo cum multa mihi domum ad me nuper rediens, Gregorius Martinus meus iucunde narrauit, plurimaque lætè ac libenter ex Vrbe Reuerendus Dominus Archidiaconus Audoënus, & ij ipsi, ad quos hæc felicitas maxime pertinet, sæpe ad me scribant. Ego qui nihil in orbe illorum iuuenum salute, & sancta educatione charius habeam, intimum de Reuerendissimæ Paternitatis tuæ beneficio ipsis præstito, animi mei gaudium celare non potui. Equidem mi Pater quoad in hoc sæculari, quo viuimus statu fieri potuit, & licuit, dedi operam semper, vt nostri non alijs, quam vestris studijs, institutis, moribus, quibus nihil est hodie, vel ad doctrinam expeditius, vel ad veritatem sincerius, vel quod maximè nunc requirimus ad zelum lucrandarum animarum accommodatius, præcipuè imbuerentur. Et illi ipsi nescio qua animi inductione, sed diuinitus, vt interpretor, indita longè libentissimè vestra vbique, & gymnasia conlectati sunt, & mores imitati. Ad quam rem non quantum optamus, sed quantum consequi tum potuimus, vicina nobis sæpe Collegia vestra commoditatem præbuerunt. Sed nunc cum id sit à Deo nobis per suam Sanctitatem tributum, vt in illo Ecclesiæ, ac orbis principe loco, Collegium habeamus, & per tuam pietatem porro concessum, vt id hætenus vestrorum opera, atque prudentia gubernetur, & instituatur; omnia sanè mihi meisque in Christo donata sunt. Neque aliud desideramus, quàm vt eius istic, nostrique hïc Collegij, totiusque gentis nostræ causa, sua gratia, & auctoritate apud sanctissimum Dominum nostrum continuò fiat commendatior: atque vt hoc tuum etiam, Patrumque beneficium diuturnum esse velis; vt velis autem (mi Domine colendissime) Alanus omnibus vitæ suæ Officijs filius, & famulus tuus, tuo-

K

ramque

Varijs charitatis muneribus occupatissima.

Ad doctrinam expeditius, & ad animarum zelum accommodatior.

Commoda ex Collegijs.

Expetit Alanus vt Societas Collegij Anglicani curam suscipiat.

*Socij apud
Indos oues
Christo
colligunt.*

*Vrria ad
Collegij
curam sus-
cipiendam
moriuas.*

rumque sincerus amator per Christum rogat, vel Respublica potius, ac patria nostra rogat: illiusque charitatis, & sollicitudinis, quam in omnes gentes Christianas, ac barbaras gentes, partem aliquam simplex postulat. Nec repellas iustissima petentes, Pater; & qui per tuos apud extremos Indos, oues Christo colligis: perditam ouem Britannicam nobiscum querere, ne dedigneris. Si onus est; Christi onus est: qui & auget vires, vt possitis, & charitatem vt velitis ferre. Et quidquid sit, omnium nostrorum, qui vbique gentium sunt, exulum precibus, operis, oblationibus tolerabilius fiet. Quo loco nunc Orbis Christianus (sapientissime vir) sit, & quanto pere nitendum sit, ne impiorum hominum conspiratione, & scelerata diligentia, fides, & religio prorsus pereant, nemo te melius videt, aut magis curat. Nec sunt multi, cum armis & potentia iam pridem aduersarij propter peccata nostra superiores esse videantur, qui non iam labentibus, sed ruentibus rebus, ita vt vos, succurrere velint, aut possint. Habetis nunc optimas, aut maximas rei bene gerendæ occasiones. Talem Pontificem, qualem fortassis sequentia tempora non dabunt, diuinitus certe his Ecclesiæ calamitatibus concessum nobis: & ita rebus humanis, his maximè institutis Seminarijs consulentem; vt nesciam, an vlla alia æquè expedita ratione religioni succurri queat. Sub tali Patre, & Pastore vobis, mihi, omnibusque zelum Dei habentibus, niti, laborare, instare, vrgere, facere, pati, mori pro communi fide periuicundum esse debet. Sed indignitas horum temporum, gentisque meæ, longa, & coacta calamitas, ac meorum amor effecerunt, vt maximarum occupationum tuarum oblitus tam multa non necessaria Tuæ R^{mæ}. Paternitati dixerim, cum sciam tuam pietatem hæc omnia videre, & multo plura facere, quam ego desiderare, aut postulare ausim. Christus ergo IESVS Tuam R^{mam}. Paternitatem diutissimè Ecclesiæ, suis, nostrisque seruet incolumem, ac dignetur nostram paruitatem suorum sanctissimis Sacrificijs commendare, inprimisque R^{mum}. Patrem Domi-

Dominum Oliuerium à me multum salutare. Rhemis septimo Kalendas Nouembris 1578. Additissimus seruus Guilielmus Alanus. *Hucusque præcipua nobilitatis Anglicana, sapientia, ac virtutis vir admirandus. Par. 4. Hist. Soc. lib. 7. nu. 19. Et postea lib. 8. num. 87. additur, Quod cum Romæ esset idem Alanus Pontifici Catholicorum Anglorum vota exposuit, quàm auide cuncti aliquos è Societate Sacerdotes expeterent. Ipsos esse, qui suorum Anglorum Duaci, ac Romæ Magistri, atq; institutores fuissent. Ergo si tantum afferrent solatij atque emolumentij, quos instituerant; liceret ipsos intueri Magistros, & audire, quorum etiam regendis, consilioque iuuandis, ipsis Seminario- rum Sacerdotibus, valitura esset auctoritas. Adire Indiam Patres, ac profiteri suæ vocationis esse inferre Christi cultum in omnes terras, ac restituere inter Hæreticos. Cur ergo præ- termitterent Angliam, vbi amplissima esset parata messis. Quam Orationem cum probasset vehementer Gregorius, agi cum Euerardo iussit.*

Societas ab Anglis ex- petita.

Eius voca- tio inferre Dei cultum in omnes terras.

AB EODEM: *Contra nefarium Edictum Elisabethæ Angliæ Regiæ, & in nostrorum commendationem asserente: Patiuntur (inquit) odia, & Hæreticorum indignationes, quod D. Hieronymus loco summæ gloriæ ducebat. Nam sancti illi viri, qui à Deo olim ad congregandum cum Hæreticis excitati fuerant, tam hostibus odio erant, quàm isti modo à Deo ad Lutheri, Caluini, & reliquarum pestium ruinas reparandum ad nos missi. Ita ille Cap. 6. apud Paul. Leonard. Apolog. pro scient. Med. Par. 2. n. 83. Et postea Ibid. Par. 3. nu. 54. Idem Alanus addit. Horum Virorum Ordo quidem, & ratio viuendi noua est, sed fides, & doctrina eadem plane, quam Patres antiqui, & Ecclesia vniuersa habuit semper, & colit modo. Hæc ille in doctrinæ Iesuitarum commendationem.*

In filijs patitur Hæretico- rum odia.

Eius ratio viuendi noua, sed doctrina veterum Patrum.

18. A CÆSARE BARONIO in Annot. ad Martyrol. Rom. 29. Decemb. fol. 619. *Vbi postquam de S. Thoma Cantuariensi disse- ruit Cardinalis doctissimus, hæc pro Societatis gloria, eiusque Marty- rum triumphis mire suppeditauit. Videre meruit (inquit) sæculum nostrum*

Societas Martyribus coronata.

nostrum hac ex parte quam plurimos Thomas, Sanctissimos Sacerdotes, aliosque nobilissimos viros Anglicanos, ampliori (liceat dicere) Martyrio coronatos, duplicisque tituli coronis auctos: cum non solum ut Thomas, pro Ecclesiastica libertate, sed pro fide Catholica tuenda, restituenda, ac conseruanda nobilissimo Martyrio occubuerint: ut inter alios, quos nuper Sancta Societas IESV velut agnos innocios in sacris septis, sanctis eruditionibus ad Martyrium acceptissimas Deo hostias saginavit: quos Romanum, quos Rhenense sacra Collegia (quæ dixerim Celsas Turres, à facie Aquilonis, & fortissima Propugnacula fidei) emisertunt ad triumphos, & prouexerunt ad Coronas. Maeste animo, maeste virtute Anglicanorum nobilissime, & gloriosissime Cætus, cui tam illustri Militiæ nomen dedisti, ac Sacramento sanguinem spondesti: æmulor sane vos Dei æmulatione, cum vos Martyrij candidatos, ac nobilissimos purpuræ Martyres designatos aspicio. *Hac eleganter Baronius.*

Eius Collegia celsæ Turres, contra Aquilonem, & Propugnacula fidei fortissima.

Baronij Card. cultus in Ignatium.

AB EODEM: *Qui P. N. Ignatium Sanctissimum non modo coluit ipse, sed qua valebat in sacris ritibus auctoritate depictam eius imaginem in Ecclesia Nominis IESV publica religione colendam primus omnium suis manibus parieti affixit, atque proposuit. Et teste Imag. 1. sec. Soc. lib. 3. cap. 8. fol. 372. Memoranda illa eiusdem Cardinalis vox, breuis illa quidem, sed prolixam Societatis laudem complexa, cum Societatis Templum Anastasiam (non inani ad Constantinopolitanam Basilicam. allusione) appellare non dubitauit; propterea quod Sacramentorum usum, qui vita quedam est, & anima Christianæ perfectionis, à seculis iam multis intermortuum videret in Templo illo, velut prisco vigore recepto felicissime reuiuiscens. Et teste Auendaño nostro in suo Epithalamio sacro dissert. proemiali num. 74. ubi rescribens Baronius Stanislao Corneouio Archiep. Gnesnensi Poloniae Primati, Societatis alumnos vocat, Viros religiosissimos, eruditos, & maximè pios, & Apostolicos.*

Sacramentorum usus per Societatem propagatur.

Eius filij religiosissimi, & Apostolici.

19. AB VVANDINO: *Qui cum cum Pontifice Greg. XV. de Sanctitate, & miraculis Ignatij Parentis Sanctissimi sermonem haberet, sequens testimonium dedisse fertur: Quotquot sunt vbique terrarum Societatis IESV in hanc sanctam Sedem, & religionem Catholicam egregia merita, tot profecto habemus B. Ignatij Loyolæ miracula, tot argumenta Sanctitatis. Hæc ille. Elogium sane breuissimum in Parentis, ac filie Societatis laudem, sed longissima vtriusque commendatione, ac exultatione plenum. Ita refertur apud Danielem Bartoli in vita B. Ignatij lib. 5. fol. 592.*

Quot Societati in Ecclesia egregia merita, tot Ignatij miracula.

20. A LVDOVICO LVDOVISIO *In Panegyrico S. Ignatij habito in Metropolitano Bononiæ Templo, Romæ typis edito anno 1630. Ubi sic ait: Quænam ætas, qui sexus, quæ hominum conditio, quæ gens vel barbara, longæque disiuncta inficitur, infinita propemodum esse, quæ debet Ignatio? Puerilis ætas Christianæ doctrinæ institutionibus informata, quarum vsum cum immenso Christianorum hominum emolumento ipse primus inuexit. Iuuentus in apertis gymnasijs erudita, efficacissimo inuento ad inferendam in animis, cum integritate bonarum artium, pietatem, ac morum probitatem. Maturi ætate viri tot in Oratorijs, & Congregationibus, veris pœnitentiæ, ac vitæ Sanctioris Academijs instituti. Tot piæ domus erectæ pro Virginibus, pro conuersis ad castiorem vitam fæminis, pro Orphanis, pro Cæcumenis. Maior Templorum cultus, Sacramentorum, concionum, Sacrarum lectionum, piarum exercitationum frequentia, ac Veneratio; virtutis exemplum, ac sanctitatis æmulatio apud alios Religiosos Ordines excitata. An non hæc omnia beneficia zelo, ac pietati debentur Ignatij? de quo possumus affirmare quod de se Paulus apud Chrysostomum hom. 22. in 1. Cor. Innumerabilia machinari, & excogitare mei est studij, & diligentia. Si vero per varias Mundi partes oculos circumferamus, Moschouiam, Persidem, Dalmatiam, Libani Montis plagam, Æthiopiam, exultas ab Ignatio*

Omnes Ignatio, & Societati debent.

Pueri Christianam doctrinam.

Iuuenes eruditionem.

Viri sanctioris vitæ præcepta.

Virgines piæ domus.

Templa, maiorem cultum.

Sacramenta, frequentiam.

Totus orbis missiones fructuosissimas.

*Germania,
Polonia,
&c. hære-
sum profli-
gationem.*

*Vtraque
India ab
Ethnica
superstitio-
ne conuer-
sionem.*

*Societas
prestans
Familia:
Apostolica
Sedi pecu-
liari Voto
obstricta.*

*Bellatrix
generosa
pro Chri-
stiana fide.*

*Splendens
claritate
virtutis.*

*Acies suo-
rum bella-
torum san-
guine pur-
purata.*

tio fructuosissimis Missionibus agnoscemus. Germaniam, Poloniam, Galliam, Belgium, Angliam, Scotiam, Hiberniam pluribus locis ab hæresi propugnatas, ac releuatas Ignatij opera; earumque multas Collegiorum, Domorumque præsidijs, ætibusque communitas. Indias ad Orientem, atque ad Occidentem Solem sitas, locis, moribusque disiunctissimas regiones, omnes in capacissimo Ignatij pectore coniunctas, eiusque, ac Sociorum beneficio ab Ethnica superstitione; aut à Sede Romana defectione ad vnum Christi ouile, Pastoremque deductas: adeo vt sola Francisci Xauerij Apostolica manu millia millium, ac bis centena hominum millia fuerint Baptismi salutaribus aquis abluta. Verum vt hæc omnia Missa faciamus; an non infinita sunt erga Christianam Rempblicam, ac Mundum Vniuersum Ignatij merita, quod tam præstantis Religiosæ Familiæ conditor fuit; quæ vel ab ipsis natalibus peculiari voto Apostolicæ Sedi obstricta, inter Christianos, & Ethnicos tot laboribus, tot cruciatibus, ac periculis continenter, ac generosè pro Christiana fide bellum gessit? Inspiciantur ex hac Societate primi, ac nouissimi; illud vsurpare de illa licebit, quod in re simili scripsit Cassiodorus Epist. 7. lib. 3. [Tot annis continuis simul splendet claritate virtutis: & quamuis rara sit gloria, non agnoscitur in tam longo stemmate variata: sæculis suis produxit nobilis vena primarios: nescit inde aliquid nasci mediocre: tot probati, quot geniti: quod difficile prouenit electa frequentia.] Testis esto ingens copia Sanguinis ab ijs bellatoribus effusi, quos huiusce Societatis acies eduxerunt. Et vero eorum nouem in Iaponia nuperrimè igni lento cremati vix dum suum peregerunt holocaustum. Et seignior fuit ignis qui foris vsit, quam qui intus accendit. S. Leo ser. de S. Laur. Quare mirum non est huius Ordinis initijs ac progressibus animaduersis, si communis hominum sententia fuit: quemadmodum olim in Africa D. Augustinus in lucem prodiit, quo tempore natus erat in Anglia Pelagius: ita

ita planè statim atque Tartareum illud monstrum Lutherus erupit, vt tenebras importaret, singularem Dei prouidentiam Ecclesiæ suæ Ignatium, eiusque Aciem vere igneam protulisse. *Hæc ab Eminentissimo Ludouiso in dicto Panegyrico à fol. mihi 42. ad 48. Et postea concludit: Eundem Ignatium fuisse commutatione vitæ alterum Paulum, pœnitentia Baptistam, Humilitate Franciscum, Aquinatem Thomam Castimonia, paupertate Martinum, Abrahamum Obedientia, Thaumaturgum miraculis. Et vt se velut filium Ignatij tenerrimum exhiberet (& consequenter Societatis) Sacram illi, & bene longam Panegyrum allegatam, sua ipse voce pro concione recitauit, in vno è præcipuis Sacellis Metropolitana Bononiensis Ecclesiæ, cui Archiepiscopus præsidebat, cum illud S. Ignatio solemniter dedicasset, ea pompa, quæ conueniret Principi, & pietate, quæ deceret Cardinalem. In qua Panegyri postquam sanctissimis ab omni retro memoria Patriarchis æqualem, quin & ipsi Christo quam simillimum ostendit Ignatium, professus suum ab ipso dicendi exordio studium, atque, vt inquit, Deuoti cordis obsequium, quod iam inde ab incunte ætate ingentibus meritis celeberrimi Societatis IESV Conditoris Ignatij dedicarit, & ardentissimam, qua flagraret cupiditatem, vt eius tutissimo patrocinio salutem quisque suam, animumque commendet. Ita denique velut orando perorat. Opto, ac vehementer oro cunctos, & hortor, vt communem Orbis Thesaurum Ignatium in suo quisque corde, amantissimo pietatis sensu complectantur. Hucusque in citata Panegyri tot titulis commendabili. Quem quidem Optimi Parentis animum erga Ignatium Parentem, amorem, & existimationem erga Societatem: vel ingentia saxa Romanae molis, me tacente testantur. Inter quæ lapis ille, quem rite consecratum sua ipse manu primum in fundamenta deposuit, altera sui parte Verba hæc pauca, sed illustra habet insculpta. Erit lapis iste in signum meæ erga sanctum Ignatium, eiusque Ordinem pietatis. Hæc apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 1. fol. 591.*

Acies vere ignea contra Lutherum.

Multiplex Ignatij elogium.

Est Orbis communis Thesaurus.

Iesuitarum causa eò equior, quò ab Hæreticis impugnata. 21. A BORBONIO, In Tolosani Collegij causa, quæ multum habuit dimicationum, ita fauente, vt Hæreticorum quemdam in Senatu ipso coram Rege, ac Parente grauisissimis castigari verbis: adiuiciens, Inde constare Iesuitarum causæ æquitatem, quod eam Hæretici impugnant. Ita ille Par. 3. Hist. Soc. lib. 2. nu. 64.

Doctrina ad ignorantiam remedium nulla præstantior Societatis. 22. A IACOBO SPINOSA Seguntino etiam Episcopo, qui iam dudum cognitam inter exercitationes spiritus Compluti Societatem benigne complexus, cum Ecclesiam suam monitu summi Pontificis (vt Episcopus ille omnes monebat) diligenter visisset, latiusque opinione dominari rerum bonarum inscitiam, & scientiam malarum, actionesque comperisset; habito de remedij viâ consilio, cum assensu Canoniorum, & Cleri decreuerat, Nullam præsentiore offerri, quam Societatis doctrinam. Quod cum stetisset non rogatu modo, sed modesto prope imperio confestim voluit antecursores miti, nostris vtens ad lustrandam suam Diocesim. Ita Ibid. lib. 5. n. 200.

Et Collegia Ciuitatum decus. 23. A BEVILACQVA, etiam Legato Apostolico Perusino, cuius amor in Societatem prope singularis: de qua is ita sentiebat magnificè, atque ita honorificè, cum priuatim, tum publicè loquebatur, vt dici vix queat. Ergo cum de illa, vt fit, sermo incidebat, libere profitebatur, Collegia nostra vbiicumque essent, decus esse Ciuitatum. Sic in liter. Annal. Soc. ann. 1600. fol. 32.

Se. ac suam purpuram in Societatis commodum offert Rupefocaldæ. 24. A RUPEFOCALDA, Qui, cum purpuram recens à summo Pontifice ipsius meritis delatam nostri Scholastici Oratiuncula, triplicique dramate gratularentur, illas Scholasticorum recitationes conclusit ipse eleganti clausula, verbisque grauisissimis in nobili confesso significauit, Si quid hac dignitatis accessione sibi accederet facultatis, id omne ad Societatis nostræ commoda collocaturum. Ita in Annal. Soc. ann. 1607. fol. 597.

Gerardus Card. Sociorum adspèctum quasi Angelorum letabatur. 25. A GERARDO GROSBEQVIO Eburonum etiam Antislite, & de Purpuratorum Patrum Senatu. Is Belgas Patres Louanio in ditionem suam inuitare solitus, adeo præsentium letabatur adspèctum, quasi non Homines, sed Hominum Tutelares Angelos accepisset. Tum demum ponebat curas, quas pro religionis incolumitate maximas gerebat, satis ei consultum arbitratu quandiu adessent

adessent Patres. Ita in *Jmag.* 1. *sec. Societ. lib. 6. cap. 5. fol.* 882.

26. * A DIDACO GVZMANO, etiam Patriarcha, & Archiepiscopo Hispalensi, una cum toto suo Capitulo Ecclesiastico, in *Edicto professo Sanctiss. P. N. Ignatij* recipiendo, à se promulgato ann. 1628. die 28. Jun. scribendoque infra *Class. 6. A Sacris Senatibus.* Consule ibi dicenda: & hic adde; Cardinalem hunc eminentissimum afferuisse, Societatem fructum facere magnopere copiosum, & sua virtute, literis, doctrina, & exemplo cumulatam. Ita apud *P. And. Luc. in vit. S. Ignat. lib. 4. cap. 18. Idem in vita Margaritæ, quam aureo scripsit calamo Par. 2. cap. 23. dicit, Societatem* ab Imperatoribus Patribus, Auisque Reginae Margaritæ singularibus fauoribus & gratijs honoratam. *

Societatis fructus copiosi, virtute, ac doctrina cumulati.

Ab Imperatoribus honorata.

27. * AB AVGVST. SPINOLA, etiam Hispalensi Archiepiscopo, qui viuis amorem, mortuus corpus nostræ Societati in *Professorum Domo* dedit: quam Societatem vocauit aliquando, Plantam generosam, & caelestem per omnem terram ramos breuiter extendentem, dantemque fructus copiosissimos per totum Orbem prædicatione, doctrina, literis, & exemplo. Ita apud *And. luc. cit. vit. S. Ign. lib. 4. cap. 18.*

Planta generosa, ac caelestis:

Per totum Orbem copiosissimis fructibus dilatata.

28. A BERNARNO SPADA Cardinali dignissimo, qui in *Sacra, particularique Congregatione ab Innocentio X. Pontif. Max. deputata, in Monitorio, seu Decreto ultimo ad fauorem PP. Societatis Angelopolitane, Ioannem de Palafox Antisitem Angelopolitanum ad eius amorem adducere, suo, ac Eminentissimorum nomine, his verbis contendit. Te etiam, atque etiam hortamur, ut ea* qua decet in tam laudabilem, proficuumque Ordinem estimatione, Religiosam hanc Familiam in *Vinea Domini summo cum fructu ac labore desudantem* paterna charitate amplectaris, ac foueas, &c. Ita pag. 1. *dicti Monitorij Societati perquam honorifici, ut videre est in Processu, & sine Causa Angelopolitane, Romæ typis edito, die 5. Nouembris ann. 1653.*

Comendatur Episcopo Angelopolitano.

Religiosa Familia in vinea Domini summo cum fructu, ac labore desudans.

29. * A BALTHAS. MOSCOSO, SANDOVAL, *Inter Purpuratos Ecclesie Patres meritissimo, etiam Archiepiscopo Toletano, viroque multis nominibus Societati Colendissimo. Is in Edicto pro eius Missionibus à se pronunciato, & Mexici typis edito ann. 1647. hæc inter alia multa scribit. Consideratus (inquit) magnas calamitates, quibus Hispanica Monarchia premitur, tot bellis, totque inimicis rebellibus impetita, &c. ad quorum omnium remedium, cum ipsa experientia Nos doceat, singulari nostra consolatione, spiritualem fructum, & animarum profectum, quem Religiosi Societatis IESV, Missionum vsu, & exercitio, maxime ad culpæ, & peccatorum emendationem, morum reformationem, doctrinæ Christianæ, ac ceterorum mysteriorum nostræ Sanctæ fidei Catholicæ instructionem, ac educationem, faciunt: Visum est Nobis, ab illis affectuosè petere, sicut fecimus, & vt hoc Sancto Missionum exercitio, omnes Ciuitates, Villas, & loca totius nostri Archiepiscopatus percurrant, &c. Tanta de Societatis Nostræ Missionibus tanto Principi opinio erat, vt illas unicum presentius totius Regni, pene collabentis subsidium fore, indicaret.*

Eius Missiones laudantur.

CLASSIS IV.
AB ANTISTITIBVS.

1. **A**S. THOMA A VILLANOVA Archiepiscopo Valentino Augustiniano, qui nunc ab Alexandro VII. in Sanctorum Pontificum adscriptus Catalogo, eximia vita Sanctitate, & miraculis, & doctrina illustris. Is Valentia fundatum Societati Collegium adeo amavit, & in pretio habuit, ut si quem ex nostris Patribus amoveri Valentia cerneret, amanter exposculet, Auxilia sibi detrahi. Ita Par. 1. Hist. Societ. lib. 15. num. 78. Eo quod (prosequitur nosser Nicolaus Lancicius) nostrorum hominum opera ad omnes Episcopalis muneris functiones, cum Sacerdotibus communes, perpetuo magna cum commendatione, & suarum ovium ingenti utilitate, ac profectu vteretur, & sua cum illis consilia communicaret, ac si non Antistes esset doctissimus (libris præclaris typo vulgaris celebris) sed unus ex infimo Cleri gradu. Moriturus vero cum quamdam haberet in nominibus pecuniam (nam fere aliam non habebat quàm pauperum manus) eius partem ampliolem Collegio Valentino legavit: ratus illi hominum Catui copiosorem eleemosynam donandam, per quos viderat, & plures adduci ad Christianam pietatem animas Catholicorum, & Hereticorum ad Christi Oule. Ita Lancicius cit. Tom. 2. Opuscul. Spiritual. Opusc. 17. cap. 4. num. 198.

Societas
Auxilium
Antistiti-
um.

2. A FRANCISCO BANDINIO Archiepiscopo Senensi, qui de Paschalisj nostri virtute, & industria celebre testimonium dedit, auxiliumque ei, Civitatieque ab Ignatio Parente Sanctissimo petit his literis. Ea est (inquit) Paschalisj Vestri, at potius nostri vitæ integritas, & morum suavitas, ut omnibus gratus, iucundusque sit, mihi vero gratissimus: & in eo munere, quo hic fungitur, est adeo vehemens, ut summa eius cum laude, oculos omnium in se conuertat. Nam verbis hortatur, exemplis iuvat, humilitate allicit, charitate ad bene, beateque

Laudatur
in filio Pa-
schasio: &
alij desi-
derantur.

Matth. 9.
37.

Consultit
ciuitatum
saluti, Dei-
que honori.

viuendum inflammar. Verum quia, vt ait Dominus, messis quidem multa est, operarij autem pauci, optarem summo-
pere vt eum vos, quemadmodum par est, adiuuaretis: quod facile consequemini, si duos, aut saltem vnum ex Socijs
Veltris huc miseritis. Quapropter Vos etiam, atque etiam rogo, vt huic honesto meo desiderio morem geratis. Hoc si feceritis profecto cognoscetis vos huius Ciuitatis saluti, Deique honori consuluisse. Quod vos summopere cupere certo scio. Reliquum est, vt sciatis me vobis quibuscum-
que rebus potero nunquam defuturum. Valete. Senis
18. Kalend. Septemb. 1540. Hæc ille Par. 1. Hist. Soc. lib. 2. num. 92.

Excitata à
Deo cum
refrixisse
charitas
videbatur.
Matth. 24
12.

Imitanda
proponitur
Granaten-
sibus Ec-
clesiasticis.

Eius Oran-
di via pro-
batur.

3. A PETRO GVERRERO Archiepiscopo Granatensi, qui nostra Instituta cognorat, multumque probarat Tridenti, & Academia; & Ordinibus omnibus gratum fuisse Societatis aduentum. Is vbi cum ex Academia esset nemo qui pollutioribus iuuentutem literis erudiret, hanc scilicet Prouinciam Societatis hominibus reseruabat, quibus in eam Urbem ingressis Curiones Archiepiscopus omnes, & qui Sacerdotijs, & fortunis Ecclesia sese alebant conuocauit, affatusque, monuit, Societatem IESV tum potissimum à Deo excitatam, cum refrixisse charitas videbatur: proinde studendum esse cuique suas vt accuratè partes ageret, ne ad eas agendas desideraret externos: quos ipsos cum pro sua Deus bonitate Granatam quoque misisset dandam esse operam, vt eos imitari studerent. Deinde Patrum tenuitati, inopieque cognita re frumentaria ac nummaria prospexit tam prompta benignitate, vt præcepto obedientie imposto, ab se peti quidquid necessarium foret, iuberet. Potestatem insuper Sacerdotibus fecit ea condonandi peccata, quæ suæ de more cathedre reseruarat, maiora præter hæc beneficia, & adiumenta pollicitus, quod cumulatissimè præstitit. Orandi viam de Ignatij formula vsque eo probauit, vt publice eam deprædicaret: ac pro concione quondam de secessu disputans Christi Domini in desertum tanquam ad exercitia spiritualia dixerit secessisse. Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 14. num. 86. Et Par. 2. Hist. eiusdem

eiusdem Societ. lib. 4. num. 179. lego ab Eodem Archiepiscopo Granatensi Societatem, esse Arborem ex bonis fructibus cognoscendam.

Arbor ex fructibus cognoscenda.

AB EODEM : *In vexatione Societatis tanquam confessiones retentis. Granata hæc exorta tempestas occasione Concionis Ramirezij nostri. Consulitur in tam ancipiti, cæcaque causa à bonis viris Archiepiscopus Guerrero: is que docuerat Ramirez, disertè affirmat, imò sponte sua Præsides omnes sacrorum Ordinum, ac doctissimum quemque tota ex Urbe conuocat, in eoque concilio doctrina eadem approbatur, ut refertur Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. num. 131. * Sed dolens maximè Præsul pientissimus, quod plebs blateronum Societati semper infensa, cum ei nihil labis posset inurere, que in eius moribus euinceretur, labes criminorum hominum velut fracto sanctioris confessionis sigillo, seu aggere, effusas sacrilego ausu, & euulgatas conaretur impingere; ideoque tum nominis, tum agnominis omen implens zelo aequè ac potestate armatus, effusam perditorum infregit audaciam, & de suggestu ingestam Societati calumniam diluere aggressus in hæc verba, suam plene Panegyri planè mentem aperuit. Quidquid (inquit) de criminum ad aures sacratissimè creditorum euulgatione vulgatum est, palmare mendacium esse certò comperimus, ijque de quibus insolens eiusmodi calumnia disseminatur, ij sunt, ac tam probatæ virtutis, ut au sim dicere, confundat me Deus, ni optimi sunt, ex omnibus, quorum vel à primis annis consuetudine vsus sum. Agitate iam, cum ijs agite, ad eos accedite, quam vitæ exercent rationem, qui demum ipsi sunt penitus perscrutantes agnoscite, ac ipso discetis experimento, quam verus, & absque fuce vos sim allocutus in præsens: calumniam vero palmarum adeò, qua viros tanta pietate insignes perperam incessistis, quomodo diluetis, & quo tandem pacto eorum existimationi, ac nomini facietis satis, quos tanti sceleris, qualis est auricularis confessionis sacrilega euulgatio infectos esse voluistis. Faxit Deus, ut qui à superiori loco iniuriosi imposturam execrandam adeò in bibulas audientis conciones*

Defenditur ab Archiep. Granatensi.

Eius filij optimi, & probatæ virtutis.

Et pietate insignes.

aures infuderunt, effusam diuini iudicis iram experti ad inferiora, seu inferna Tartari non deturbentur. Non enim ignoranter peccant, qui cum bene norint, & coram nobis quem protulimus sensum amplexi sint, & citra quaestionem esse ingenuè professi sint, eundem pro concione dilacerant, & nobis inuitis, & inauditis alienam famam, sed propria infamia, discerpere contumeliosi ac prorsus falsi contendunt. *Hæc ille apud Euseb. Tom. 3. vir. Illustr. Soc. fol. 219. in vit. P. Ioan. Ramirez §. 5.*

*Epistola
Nuncij
Apost. con-
solantis
Societatem
in vexa-
tione Gra-
natensi.*

4. A LEONARDO MARINO, tum Episcopo Abbæ, dein Archiepiscopo Lanciani, Nuncioque Apostolico ad Hispaniarum Regem, ex Sacro Prædicatorum Ordine, qui ad consolandos socios in vexatione relata, sequentem ad Borgia[m] Epistolam dedit: Multum (inquit) doloris attulit mihi res Granatensis, non Confessarij Societatis causa. Is enim quod Deo debebat, præstitit, ut remedium tot Sacrilegijs afferretur: neque aliter agere poterat, cum ea sit Dei ipsius regula, quæ nequaquam, ut aduersarij calumniantur, auocat homines à confessione, sed ad eam aduocat. Non enim recta est via aduocandi ad Sacramenta, si patiaris, aut dissimules, ut peccata, & Sacrilegia per ipsa Sacramenta committantur; sed si coneris, ut per administrationem rerum à Deo sanctarum à peccatis Christiani liberentur, & iustitiam, sanctitatem, gratiam Dei consequantur. Quod mihi dolorem attulit inconsiderantia fuit concionatorum, qui quod laudare, ac fouere debuerant, id deformare, & opprimere maluerunt. Ceterum, Pater, memineris nunquam

*Matth. 13
25.*

Dæmonem in Ecclesia non seminasse Zizania, ut inter se ipsos Christi sectatores committeret, idque non per manifestam impietatem conatum, sed zeli obtentu, & simulatione pietatis. Quemadmodum in præsentia zeli specie moueri videntur Christiani quidam, Religiosique professi ad Societatis tranquillitatem turbendam. Quod mea quidem sententia nihil est aliud, quam opponere se præsidijs, quæ in hæc tam periculosa tempora comparauit Deus Ecclesiæ suæ. Iste

vero

vero aduersantium zelus, haud quaquam zelus est Domini, sed admodum carnalis: cui quantumuis personam spiritus velint imponere, reuera zelus est contentionis, non quarens quæ Dei sunt, sed quæ per Societatis existimationem detrahi putant sibi. Itaque & hîc locum habet, quod dixit Aposto-
 lus: cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? 1. Cor. 3. 3.
 & secundum hominem ambulatis? Nunquid diuisus est Christus? Cor. 3. Quid est Paulus, quid Apollo! quid Dominicus sanctus, quid sanctus Franciscus? Nonne ministri Dei sunt, cuius & ipsa Societas est? Proinde absistant dissidium facere inter Societates, Sodalitatesque vnius & eiusdem Domini. Recordentur quod dixit Dominus Apostolis, qui prohibebant alios dæmonia eiicere in nomine IESV, Qui non est aduersum vos pro vobis est. Mar. 9. & illud Apostoli: siue 39. per occasionem, siue per bonam voluntatem, Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Ad Phil. 1. 18. Philip. 1. siue 1. 18. beat & inconsulta Iosue æmulatio pro Moysè, cum monuit eum, vt duos illos prophetare in castris prohiberet. Cui Moy-
 ses dixit: Quid æmularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum? Num. 11. 29. Num. 11. Si bene Sanctorum in Schola horum Magistrorum didicissent, scirent profecto Societatem foueri debere: eique fouendo obsequium præstari Deo. Ceterum nolo hæc viros Societatis commoueat: nolo quidquam eorum intepescat ardor. Sustinuit semper Ecclesia, electique eius hoc bellum, non à Tyrannis modo, & confessis Christianæ religionis hostibus, sed ab ijs quoque, qui sanctitatem profitebantur. Proinde teneant locum suum, neque hæc exagitatio, quamuis ab hominibus Religiosis orta videatur, perturbet. Plura dicerem, si per otium liceret. Quanquam scio à Deo exercitatis hominibus nihil esse opus exhortatione mea. Dominus noster in gratia sua te conseruet. Oliuarij V. Kalendas Iunij anno Domini 1558. seruus R. V. & filius Episcopus Marinus Nuncius. *Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. n. 133.*

*Societas
contra fal-
sos rumores
propugna-
tur.*

5. * A FERDIN. VALDES Supremo tunc Quaestore, dein Archiepiscopo Hispalensi, literis ad Caesar-Augustanos Quaestores: Quoniam (inquit) rumor increbuit hic, alibi que Caesar-Augusta, alijsque in Urbibus Aragonij Regni aliquos è Societate IESV viros apud Sacrae fidei Quaestores in vinculis detineri, mendatium, quo pietas, & potestas eorum Ordinis impotentius impetitur ad fraudem, & perniciem plurimorum, è re esse censuimus in id enixius incumbatis, vt Praesules, ceterosque viros primarios, quos monendos esse censebatis sine strepitu, sed omni data opera moneatis, à veritate alienum omnino, quod vulgus immurmurat Societatis viros nostris carceribus mancipatos, quin imo ij sunt simul omnes, ac eorum singuli, vt tum moribus, tum operibus sibi gloriosi, Deo obsequentes in studio, studioque absolutissimæ sese virtutis exercent. Datis Vallisfol. Pridie Idus Iunij, anno à partu Virg. 1558. Ita apud Euseb. vit. B. Borg. lib. 2. cap. 31. fol. 172.

*Socij ope-
ribus sibi
gloriosi, &
Deo obse-
quentes.*

*De Socie-
tatis inno-
centia te-
stimonium.*

AB EODEM: Qui cum in Hispania Regnis aliqui spargerent Theatinos (ita Societatis homines vocabant) Luthero ipso deteriores, auctoritate publica diluendam infamiam ratus, egregium de pietate Societatis edidit testimonium. Id è falsis rumoribus Deo lucrificante, vt familia huius innocentia ad abolendas & praesentis, & praeteriti suspensiones temporis, seuerissimi illius iudicij testificatione tum maxime palam fieret. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. n. 124.

*Societas
emissa ca-
litis ad
horum
temporum
ruinas re-
paranda.*

*Eius filij
Antistitum
coadiutores
primaque
Instrumenta
diuinae
gloriae.*

6. A BARTHOL. DE MAERTYRIBVS Archiepiscopo Bracharensi ex generosa S. Dominici familia illustri germine, Praesuleque omnibus Evangelicae sapientiae luminibus claro. Is vt primum designatus Antistes est ad Lainium Generalem ita scripsit: Se multis ab annis sanctae eius Familiae summa deuotione & dilectione deuinctum esse: quam proculdubio crederet calitis emissam ad horum miserabilium temporum ruinas & calamitates reparandas. Itaque cum primum adactus esset (vere enim adigendus ex obedientia fuit) à Praeside suo onus Ecclesiae Bracharenfis subire, mentis oculos coniecisse in Patres Sacrae Societatis,

tatis, tanquam in primos Coadiutores suos in opere Domini, primaque instrumenta diuinæ gloriæ in partibus illis egentissimis. Proinde precari ne sibi Pater in hac re velit deesse. Ecclesiam Bracharensis, sicut primatum obtinet in Lusitania, ita latitudine regionis, & innumera multitudine Ecclesiarum Parochialium primam esse : atque adeo quamplurimos populos in summa egestate doctrinæ, & exempli, & ipsum Cleri Ordinem nimium iacere. Aliquot igitur, nimirum decem, aut duodecim, & ad pueros edocendos, & ad conscientiarum nodos explicandos, & ad concionandum attribuat, donec Collegium numeris omnibus pro opibus suis absoluat. Ita in eadem Par. 2. cit. lib. 4. num. 150. Et num. 151. additur:

Desiderantur ad puerorum educationem, & ad alia munia.

His ad Lainium perscriptis Sacerdotes duo., vnum non Sacerdotem à Patribus Lusitanis impetrat, & Bracharam præmittit: Antistes enim Olyssipone tunc erat, vbi demum consecratus est, administrationemque sui muneris ad lustrandam Diœceseos partem, quæ propter locorum asperitatem maximè laborabat, inchoaturus comitem secum Ignatium Azebedium, (postea Martyrem inclytum) cum altero Patre duxit: in eaque peregrinatione, ita Ignatius, itemque socius priuata virtutis studium, publicæque salutis industriam intelligentissimo probarunt Antistiti, vt vbi Bracharam venit, rem Collegij maturarit, cum ibi nulla vsque tunc admissa esset Religio, ne dum Dominicana.

7. AB HISPALENSI Archiepiscopo, qui præ ceteris laudibus Societatis Mirari se, dixit, quod inter tot ex ea Concionatores tam lubricis temporibus, nemo vnus eorum deprehensus esset, minus orthodoxum quid docere. Sic Ibid. lib. 5. num. 8.

Eorum constantia in orthodoxa fide docenda.

8. A DANIELE BRENDELIO Archiepiscopo Moguntino: Qui cum affigeretur publice libellus, quo ciues admonebantur, vt cauerent IESVITAS, qui per nomen instituende iuuentutis ad eam deprauandam venirent, & cum multi e Dynastis, & Canonico- rum Concilio nostrum in Urbem reluctarentur ingressum, auresque Archiepiscopi assiduè obtunderent, omnibus hoc ille responsi dabat:

M Vos

Societatis
in Mogun-
tiam in-
gressum
contra op-
positores
propugnat
Archiepif.

Vos non fertis vt quisquam præscribat vobis, ne quos libitum vobis est, ditione vestra recipiatis. Quæ igitur ratio est, præscribere vt vos velitis mihi, ne ditione mea, quos animo meo placet, excipiam. Deinde, vos fertis me, qui tamen agnosco, nec inficior, multis modis meo muneri me deesse; & hos igitur ferre, quos recte suo munere functuros speramus. Postremo quid iniquius est, quam sparsis incerto auctore voculis infestis aurem præbere, cum tam multa læta, ac fausta auditoribus certis audiantur? Aliquid, si potestis, firmum, ac verum proferte, tum viderimus, quid facto sit opus. *Hac Moguntinus Antistes Ibidem lib. 5. num. 177. Et diuina benignitate fauente, & præter omnium opinionem, summa etiam Canonicorum Voluntate tandem exceptum Collegium est.*

Eius laus,
& estimatio.

9. AB HIERON. LOAYSA ex sacro Prædicatorum Ordine, doctrina, virtuteque nobili, primo Peruuia iam tum ante Societatem natam Archiepiscopo. Qui cum eam recentem, vt prorsus incognitam, Peruuia aditu arcuisset; iam palam se errore deceptum profitens, Vehementer (aiebat) formidare, ne pœnas Deo, ob eam iniectam moram perfolueret. Quæ præterea de ipsamet Societate, deque vtilitate per eam publicè allata deprædicaret, quia supra modesti scriptoris materiam sunt, nihil est quod scribantur. Ita factum. Ibid. lib. 4. num. 340.

Morientis
Silicæi de
Societate
iudicium.

10. A IOANNE SILICÆO Archiepiscopo Toletano, qui licet Societati dum viueret insensissimus, tamen fama erat, eum cum animam ageret, quo tempore incorrupta solent esse iudicia, aperte professum, Se ad eam diem falsis præoccupatum sermonibus in errore versatum, sique vita maneret longe aliter posthac Societatem habiturum. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. num. 139.

Mutat suorum
exemplo
Ciuitatis
mores.

11. A PETRO DE CASTRO Archiep. Granatensi qui non sine magna Societatis commendatione aliquando affirmavit, Ciuitatis faciem præclaro Sodalium nostrorum exemplo mirum in modum mutatam, prauasque consuetudines in præclara iam pietatis abiisse opera. Ita in Annal. Soc. ann. 1603 fol. 177.

12. A BRA-

12. A BRACHARENSI Archiepiscopo, Praefecto Ecclesiae no-
strae monente, Vt nostrorum in Catalogo, qui sacrum maiori
 in sacello facturi erant, nomen quoque suum adscriberet. Et
 cum ad operandum tardius aliquando accessisset, culpa reum se fas-
 sus, veniam supplex postulare non erubuit. Ita Ibid. fol. 99.

Archiep.
 Bracharen-
 sis in So-
 cietatem
 benignitas

13. A IOANNE BORGIA Noui Regni Granatensis Archiep.
 & B. Fran. Borgia nepote, vna cum Regio Senatu, à Rege Philippo
 enixe petente, Triginta illuc è Nostris mitteret, qui barbariem,
 inscitiam, Idolorumque cultum penitus insitum ex multa-
 rum Nationum animis stirpitus euellant, non aliter ac ip-
 sam Ciuitatem Regni totius Caput Nostri, auspice Deo, ab
 improuissima in optimam conuerterunt. Sic in Annal. Soc.
 ann. 1606. fol. 230.

Expeditur
 ad Noui
 Regni re-
 formatio-
 nem.

14. A LEOPOLITANO Archiepiscopo Polono non semel pro-
 fitente, Se si quid in studio pietatis profecisset, Societatis in-
 stitutionibus profecisse. Ita in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 57.

Sub eius In-
 stitutione
 in pietate
 profectus.

15. A IULIO CASARE RICHARDO Archiepiscopo Ba-
 riensi, Nuncioque Apostolico in Sabaudia, qui summum Pontificem
 de statu illorum tractuum certiore faciens, magnam se offerre oppor-
 tunitatem rei bene gerendae, dixit: Si aliquot è Societate viri docti
 eò proficiscantur, qui manantem in dies latius Caluinianam
 pestem reprimant, & labentem, aut iam pene collapsam rem
 Catholicam restituant. Probauit Pontifex Consilium, octoque
 in eam expeditionem postulauit. Ita Ibidem fol. 769.

Societas
 reprimat
 Caluinia-
 nam pe-
 stem.

Et laben-
 tem rem
 Catholicam
 restituit.

16. A GILBERT. GENEBRARDO Archiepiscopo Aquensi,
 viroque, ac Scriptore doctissimo lib. 4. Chronic. Vbi asserit, Excita-
 tam à Deo Societatem ad aedificandum, quo tempore Satha-
 nas ad diruendum, focios praecleara pro Religione gessisse,
 quotidieque gerere. Ita apud Paul. Leonard. Apolog. pro scient.
 Med. Par. 2. n. 84.

Excitata à
 Deo ad a-
 edificandum
 qua sata-
 nas diruit.

17. A MATHIA HOVIO Archiepiscopo Mechliniensi, Cum
 in Concilio Mechliniensi, cui intererant Prouinciales Episcopi, in-
 ter cetera decretum esset, vt Catechismus conscriberetur vnus per to-
 tam deinceps Prouinciam explicandus, Huius id negotij commisit

Testima-
nium Honij
de studio
nostrorum
in catechi-
zando.

Societati. Illa vero optimi Antistitis desiderio per Ludouicum Makeblidium impigre, cumulateque satisfecit. Ita in Imag. 1. sac. Soc. lib. 3. cap. 3. f. 354. Et postea cap. 6. f. 771. affertur celebre eiusdem Honij testimonium de nostro Catechizandi studio, quod huiuscemodi verbis luculenter commendat. Docet tristes experientia per bellorum, & heresam tempestates præteritas, ruri præsertim, deperditam esse rerum diuinarum, & ad salutem necessariarum cognitionem, maxime in pueris, & iuuenibus hac tempestate natis. Quare pergratum nobis accidit studium Venerandorum Patrum Societatis IESV, quos intelleximus pro suo in animarum salutem zelo, ad pagos, qui tuto accedi possunt, passim excurrere: & rudem populum, ac præsertim iuuentutem, doctrinis ad integritatem fidei, & probitatem morum instituere. Quod vt pium est opus, & hoc tempore, hisque locis pernecessarium, optimis quibusque Pastoribus, & populi Præfectis acceptum esse non dubitamus. Vt autem maior hinc fructus surgat, & plures Deo per dictos Patres lucrifiant, obsecramus in Domino, & nihilominus districtè præcipiendo mandamus, omnibus Pastoribus quorumcumque locorum Diæcesis nostræ, ad quos forte dictos Patres venire contigerit, vt ipsos benigne suscipiant, & in suas Ecclesias gratanter admittant, populum, & præsertim iuuentutem ad eosdem audiendos conuocent; & tam ipsi, quam Domini temporales eosdem in hoc pio Officio adiuuent, quandocumque, & quibuscumque poterunt modis.

Laudatur
Societas in
Borgia
Generali.

18. * A IOANNE DE RIBERA Archiepiscopo Valentino ac Patriarcha Antiocheno, literis ad Nuncium Apostolicum, quibus ille commendat electionem B. Borgiæ in Generalem Societatis, cum ingenti vtriusque laude. Cum (inquit) de P. Francis Borgiæ sanctitate mecum ipse cogitarem, non vulgarem fuisse mihi persuasi, cumque venerari, ac colere quamuis indignus optaui. Sic enim existimabam Deum non sine causa illum tam illustri Ordinis Præpositum Generalem constituisse, eo maxime tempore, quo Societas IESV postquam instituta recens fuisset

Eius pia, &
prudens
viuendi
ratio.

fuiſſet confirmanda erat, atque in ſua tam pia prudentique viuendi ratione ſtabilienda. Haud enim Chriſtiani pectoris eſt credere, Deum cum tam vigili prouidentia oculo in omnes religioſas familias, quæ ſunt veluti quædam publica doctrinæ, & ſanctitatis æraria, excubet, has verasque diuitias, quibus Societas Ieſu maxime affluit, ei commiſſurum, qui non eas prudenti, fidelique cura adminiſtraturus eſſet. Nam vt pro certo habere debemus, B. P. Ignatium ſingulari diuinæ gratiæ munere in publicam mortalium vtilitatem huius Ordinis fundamenta ieciſſe, ita nefas eſt dubitare, ad ipſum perſiciendum, expoliendumque eadem diuina gratia minime fuiſſe deſtitutum, cum vtrumque Dei Opus ſit, & poſtremum hoc maioris momenti ac ponderis, quam primum; vt eiufdem Societatis incrementa teſtantur. Aptè enim de illa dici poteſt illud Prophetæ, vineam de Ægypto tranſtulisti, eiecisti gentes, & plantaſti eam. Plurimum quidem B. P. Ignatius laborauit in huius vitis palmitibus quærendis, at non minoris laboris fuit eam in rebus aduerſiſſimis conſeruare, atque ab hoſtibus, qui in illam vndique veluti facta manu concurrerunt, tueri, atque defendere, dum tam latè radices extenderet; vt totum plane terrarum Orbem impleret, quod certe iam cernimus. Quod ſi abſque Chriſtianæ pietatis, ac prudentiæ iniuria in dubium reuocare non licet ſanctitatem eius, qui Ordinem hunc primus inſtituit, ac veluti genuit, peperitque, nihilo minus certe eximiam eius virtutem, qui illum cum in tenera adhuc ætate eſſet, educauit, & glorioſiſſimè auxit, atque amplificauit, &c. Hæc Archiep. & Patriarcha, Societatis, & Franciſci noſtri amantiſſimus literis ad Nuncium datis 23. Auguſt. ann. 1608. ex Hiſpano idiomate Latine fideliter conuerſis.

Eſt publicum doctrinæ & ſanctitatis ærarium.

Cuius fundamenta in publicam vtilitatem iecit Ignatius.

Vitis eſt filiorum palmitibus auctæ, Pl. 79. 9.

Et licet ab hoſtibus impetita.

Radices per totum orbem extendit.

19. AB STANISLAO CORNEOVIO Archiep. Gneſnenſi, legato nato, Regni Poloniæ Primate, primoque Principe in Epift. ad Baronium, quæ habetur initio 4. Tomi Annal. Ubi probat Societatem contra Lutherum erectam, Equique Troiani inſtar his verbis.

Ordo clarissimus.

Contra Lutherum instar Equi Troiani erectus.

Cum Lutherus hæresis suæ virus effundere cœpisset, quò maxima Europæ pars infecta fuit, quodque sectas innumeras inter se admodum dissectas peperit: excitatus fuit clarissimus Societatis IESV Ordo, qui cum alijs pro Ecclesia laborantibus hac pestifera lue mortalium animos liberaret, ex qua plurimi viri Dei spiritu pleni, omnique genere scientiæ, ac doctrinæ instructi tanquam ex Equo Troiano prodierunt.

Hæc ille apud Auendaño in Epithal. Sacro differ. proæm. n. 74.

Inuitantur Socij ad scribendum contra Arrianos.

Societas in scribendo præclara:

Bellatrix strenua contra hæresim.

Excitata ad id diuinitus in Ecclesia.

Latitia Archiep. Gnesnensis ob admisum Collegium Callisense.

Ad novos errores confutandos. Ecclesiasticamque disciplinam restaurandam.

Societas commedata in Ignatio Parente.

AB EODEM (vel fortè Altero) Gnesnensi Archiep. qui non semel ad Rectorem Vienens. ac Prouinc. Austriae datis literis hortatus est, ut stylum aduersus impietatem Arrianam passim à Polonia reuiuiscentem restringerent, his præter cetera magnificis ad literam verbis: Nos sane à Societate vestra, quæ hæctenus non pauca præclare scripsit, tanquam bellatoribus strenuis, & ad certamen hoc decertandum diuinitus in Ecclesia Catholica excitatis, furorem, ac rabiem insanorum hominum rectius, quam à quoquam alio retundi, ac reprimi posse existimauimus. Itaque Prouinciam illam Ordini vestro, nostro iudicio maxime propriam ad vos deferendam nobis esse statuimus. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. n. 106.

AB EOD. STANISLAO: Qui ubi probatum à P. Generali Collegium Callisense cognouit, miris letitijs exultans, eique gratias persudiosè agens, inter cetera hæc adscribit. Nihil mihi hoc tempore gratius, nihil iucundius accidere potuit. Nunc demum enim sperare incipio vberimos in Archidicæcesi mea fructus tam ad confutandos nouorum dogmatum errores, ab eorumque tenebris plurimos hominum ad veritatis lucem reducendos, quam ad Ecclesiasticam disciplinam, quæ ex suo cursu plurimum recessit, noua ista quasi plantatione restaurandam, atque conseruandam. Ita Par. 5. Hist. Soc. Tom. 1. lib. 3. num. 64.

20. A IOANNE BAPTISTA CORDOBA Episcopo Vichensti (cuius in Diocesi Minoressa sita est) & electo Dertudensi, qui Minoressa in Ecclesia B. Lucia, antea valetudinario pauperum, ubi SOCIETA-

CIETA-

CIETATIS IESV auctor Ignatius pœnitentiæ duxit exordium ad memoriam pœnitentiæ illius sempiternam, & eiusdem SOCIETATIS gloriam, lapideam pyramidem præclara cum inscriptione erigendam curavit in hunc modum. Ignatio de Loyola Bertrandi filio Cantabro, Clericorum SOCIETATIS IESV Parenti: qui anno ætatis suæ trigesimo in arce Pampelonensi cum Gallis acriter pro patriæ defensione pugnavit; & acceptis mortiferis plagis, ijsque singulari Dei ope curatis, incensus desiderio adeundi loca sancta vrbis Ierosolymorum, dedit se in viam voto castitatis obstrictus, & relictis armis, quæ tanquam miles secum portarat, ijsque in æde B. Virginis Montis-ferrati suspensis, sacco vestitus, ac penè nudus, cœpit superioris vitæ peccata deslere, & vt nouus Christi miles inedia, lacrymis & oratione semetipsum vlcersci. In memoriam tantæ rei, Deiq; gloriam, honorem, & splendorem SOCIETATIS eius Ioannes Baptista Cordoba Valentinus Episcopus Vichensis, ac Dertudensis electus pro suo in ipsius Patris sanctitatem, atque eius Ordinem amore hunc lapidem hoc in loco collocandum curavit, vt sanctissimo viro, cuique vniuersa Christiana Respublica multum deuincta est. Sixto 5. Rom. Pont. & Catholico Rege Hispaniarum maximo Philippo II. Sic in vlt. S. Ign. Latino græca per P. Georg. Mayr cap. 3. fol. 27.

Cuius vitæ primordia Minoressa sculpuntur in marmore.

21. A B^{no}. CONVERSINO Electo Britouoriensi, Vicecamerario Almae Vrbis, eiusque districtus Generali Governatore, qui, reclamantibus, strenueq; repugnantibus aduersarijs in primæuam SOCIETATEM, perhonorificam de Ignatij, & sociorum Innocentia sententiam tulit, in hæc verba. Vniuersis, & singulis, ad quos præsentis nostræ litteræ peruenerint, salutem in Domino. Cum Reipublicæ Christianæ multum intersit, vt eos, qui in agro Dominico vitæ exemplo, & doctrina plurimos ædificant in salutem: & item illos qui è conuerso potius superfeminare videntur Zizania, publicè notos esse: & nonnulli rumores sparsi essent, & delationes ad nos factæ, de dogmatibus, & conuersatione vitæ, & spiritualibus exercitijs, quæ alijs conferunt,

Sententia Præfecti vrbis de Ignatij, & sociorum innocentiæ.

ferunt, Venerabilium Virorum, Dominorum Ignatij de Loyola, & sociorum videlicet Petri Fabri, Claudij Iaij, Paschasij Broët, Iacobi Laynez, Francisci Xavier, Alfonsi Salmeronis, Simonis Roderici, Ioannis Codurij, & Nicolai de Bobadilla Magistrorum Parisiensium, presbyterorum sæcularium Pampilonensis, Gebennensis, Seguntinensis, Toletanensis, Viscensis, Ebredunensis, & Palentinensis respectiue Diæcesis. Quæ quidem eorum dogmata, & exercitia, à quibusdam dicebantur erronea, superstitiosa, & à Christiana doctrina non nihil abhorrentia. Nos pro Officij nostri debito, ac speciali etiam mandato sanctiss. D.N. Papæ, circa hæc diligenter animaduertentes, quæ visa sunt ad pleniorẽ causæ cognitionem opportuna inquisiuimus, si forte de quibus prædicti culpabantur, vera esse deprehenderemus. Quocirca examinatis primum quibusdam oblocutoribus contra ipsos, & consideratis partim publicis testimonijs, partim sententijs de Hispania, Parisijs, Venetijs, Vicentia, Bononia, Ferraria, & Senis, quæ in prædictorum Venerabilium Virorum Dominorum Ignatij, & sociorum fauorem aduersus eorum criminales prolatae fuerunt: & adhæc examinatis iudicialiter nonnullis testibus, & moribus, & doctrina, & dignitate omni exceptione maioribus tandem omnem murmurationem, & oblocutionem & rumores contra eos sparsos, nulla veritate subnixos fuisse comperimus. Quamobrem nostrarum esse partium iudicamus pronunciare, & declarare, sicut pronunciamus, & declaramus prædictum D. Ignatium, & socios ex prædictis delationibus, & susurris non solum nullam infamiae notam, siue de iure, siue de facto incurrisse; verum potius maiorem vitæ, atque doctrinæ sanæ claritatem retulisse: cum certe videremus aduersarios vana & penitus à veritate aliena obiecisse, & contra, optimos viros, optimum pro illis exhibuisse testimonium. *Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 2. num. 52.*

22. A PHILIPPO ARCHINTO *Salassiorum Episcopo, & Alma Urbis Vicario, ad quem cum Ioannes de Vega Sicilia iam Prorex in Ignatij, Societatisque commendationem scripsisset, sic ipse rescripsit*: Pergratum quidem sibi fuisse commendationis Officium; sed ita si suum vicissim, cum commendaret Ignatium, & eius familiam, pari animi affectu, voluntateque susciperet; venia insuper postulata, si cum eo de Societatis amore certaret. *Sic Ibid. lib. 7. n. 1.*

Eximius Archinti amor erga Societatem

23. A BARTHOL. TORRES *Episcopo Canariensi cuius aurea est de Exercitiorum libello sententia, & de Societate opinio, & existimatio.* Testis (*inquit*) est Deus, quam ex voluntate mea acciderit, ut de Societatis IESV Exercitijs sententia mea postularetur. Cupio enim simpliciter, & Christiane quid in hac re sentiam, palam facere toti orbi terrarum. Ac primum ne quis existimet ex priuato me quoque affectu loqui, aio me hominem de Societate IESV non esse: quanquam si serio esse virtutis cupidus, dudum in ea, vel in alia sanctarum Religionum versarer. Aio deinde, quamuis Doctorum è numero ipse sim indoctissimus, posse me tamen satis interrogationi propositæ respondere; cum & Societatem ab eius exortu nouerim, & pridem Salmantica cum Ignatio, deinde cum eius disciplinæ alumnis per familiariter egerim, diligenter obseruans, quo res Ordinis huius euaderent, oculis assidue ipsa in facta coniectis, quæ minime patiuntur diuturnam fieri fallaciam. Aio præterea, ex qua die sanctam hanc Societatem noui, nullum vnquam errorem, crimenque compertum in hominibus, qui quidem verè ex ea essent. Nam rerum imperiti, ubi de Sacerdote quoque forte rumor minus commodus exiit, de Societate esse eum loquuntur. Super hæc, nego quempiam verè ac perfectè exercitiorum posse vim existimare, nisi in ijs se ipse exerceat. Etenim cum tota referantur, ad inferendas virtutes in animis, & vitia extirpanda, nemo est, qui possit virtutis percipere vim gustumque sentire, nisi in ea prius elaboret. Vidi ipsemet homines doctos, qui Exer-

Turriani Episcopi Exercitiorum libelli commendatio.

Ad quorum rectam intelligentiam necessarius eorum usus.

citiorum res , cum tam claræ , Catholicæque sint , ex Euan-
gelio depromptæ , sanctisque Doctõribus , intelligere non
possent ; quas tamen , qui eas ad vsum referunt , negotio nullo
intelligunt. Nimirum longe aliud est , scire literas , ac res
percipere spiritus , quæ præter literas actionem , orationisque
vsum , ac virtutum postulant ceterarum. Me quidem profi-
teor Compluti ad eam formam exercitum , ac Deum testor ,
triginta annis , quibus versor in studijs sapientiæ , & permul-
tis , quibus Theologiam doceo , nunquam ad meam utilita-
tem didicisse tantum , quantum me exercitia diebus paucis
docuerunt. Quod si cuiquam Doctõrum , cui sua placeat
scientia , mirum fortasse accidat , experimentum appello ; ten-
tet idem , atque existimabit idem. Neque in obscuro est ratio
quod priora videlicet studia ad docendum , exercitia vero ad
agendum referebam : valdeque interest scire , vt doceas , ac
scire , vt facias. Adde cognitos mihi permultos , qui exercita-
tiones illas susceperunt , multisque me meorum auditorum cum
Religiosis , tum sæcularibus persuasisse , vt susciperent , nec ta-
men cognitum quempiam , qui non pietatis magnum inde
profectum retulerit , palamque prædicaret nihil omnino è
mortalibus rebus se voluisse ijs antelatum. Atque vtinam
quanti est ille thesaurus , tanti æstimare nossemus. Nam cum
tanti sit momenti oratio ac meditatio , propter rationem , ac
viam , quæ commodissima ibi traditur , multi per ea plus bre-
ui consequuntur , quam longo alij tempore ac labore , eo præ-
sidio destituti. In summa , qui cupiat nosse , quid exercitia
sint , pronuncio , aliud nihil esse , quam considerare attento ,
& quieto animo capita fidei , legem , ac præcepta Dei , eius-
demque beneficia , vitam , & mortem Christi : recognoscere
anteactam vitam , statuere de futura. Hostem vero gentis
humanæ , cum videat ingentia eorum ad pietatem emolu-
menta , machinas admouere omnes , vt è rerum natura tol-
lat. Verum vel inde apparet negotium esse diuinum , quod
insecutionibus proficit : quantoque acrius oppugnatur , tanto
fortius

*Omnes qui
experii
sunt , lau-
dant Ex-
ercitia.*

*Quid illa
sint !*

fortius conualescit. Simulque pronuncio Exercitia, quæque in eis continentur vniuersa & singula, auctoritate Apostolica comprobata esse, adhortante insuper Pontifice fideles, vt ijs vtantur, planeq; indignum esse viro sapiente affirmare Pontificem id comprobare, & ad id adhortari fideles, quod errores contineat. Nec dubito, quin si homines Societatis, quibus pro Christi amore gratiæ sunt ignominia, ad Sacrum Quæstorum Consilium aduersariorum referrent nomina in eos seuerè animaduèretur. Ceterum cum Sedes Apostolica Exercitia comprobaret; aio, ac pronuncio nemini fas esse, asserere in ijs errores esse, neque id agere, vt emendetur. Verum si quid forte (quod tamen non est) difficile deprehenderetur, id modo curandum, vt declaretur. Omnia ergo quæ in ijs sunt, vera & Catholica sunt: & contraria ijs, errores. Quæ vero obiiciuntur, vt alio in loco singillatim refutans ostendo, plane inania, multa etiam ridicula esse confirmo. *Hæc Torres, & alia multa, præsertim de hominibus in Societate doctis, fructuque per eam in Hispania, ac ceteris terrarum oris parto, cum disputasset: Illud (inquit) postquam nomen meum huic disputationi subscripseram, mihi succurrit. Qui se deprehendisse in Exercitijs errores dictitant, sine dubio diligentiam in ijs expendendis adhibuere, at non minorem adhibuit Pontifex. At isti condemnant, Pontifex commendat. Respondeant ipsimet, vt rius auctoritatem me deceat sequi? Hæc ratio mea, inquit, sententia quemuis, qui modo sapiat, cohibere potest, ne posthac nisi ad commendationem libelli huius verbum audeat facere. Hucusque ille in Eadem Par. i. Hist. Soc. lib. 13. à n. 34.*

Nefas est asserere, in eis quidquam erroris esse.

Quia commendantur à Pontifice.

AB EODEM TURRIANO; *Ille vir, doctrina nescio, an Sanctitate maior, qui vt primum Canariensis Episcopus nominatus est, litteras ad Borgiam Generalem tales dedit. Aueo vehementer, maxime venerabilis Pater, ne ignores, te à me deamari. Ira enim res habet. Nemo omnium est, in quem magis affectus sim, cui plus cupiam, tribuamque. Cæterum tempus*

Littera Turriani ad Borgiam.

*In quibus
Sociorum
opem ad
Canariam
postulat.*

incidit mihi permolestum : in quo consolationem & opem expeto ab Sancta SOCIETATE, quam suauissime semper dilexi. Res autem asperæ sunt, in quibus necesse est ad amicos confugas, eos maximè, quorum beneuolentia vno nixa est Christo IESV. Vere affirmo tibi, Pater, nunquam ausum me deliberata sententia Episcopatum optare, quamuis, vt hominem inanem, tentamenta eiusmodi & me vellicarent : quæ propitio Christo, perinde vt fæda irritamenta, repuli. Sed tamen ita factum est, vt Philippus Rex noster ac Dominus Canariensem mihi Ecclesiam imponeret. Assensum ego complures dies sustinui, dum venerer Deum, vt vtra pars honestior illi, & gloriosior futura esset, in eam inclinaret cor meum. In quo sanè indulgenter accepit me, & in summâ quadam animi æquabilitate constituit. At postremus timens, ac tremens ceruicem suppositi, orans Christum Iesum, vt ea susceptio fieret mihi materia laudandi eum, & ipsius crucem sequendi in sancta Canariensi Ecclesia. Illuc adire sine SOCIETATIS præsidio equidem nunquam ausim. Certum quippe habeo, amplius vnum ex ea Sacerdotem, quam triginta qualis ego sum, Episcopos profuturum. Ingens mæsis est, & ingens ad legendam apparatus. Siquidem Prætor, Iudices Quæsitores, qui recens decreti sunt, mecum omnes amore sunt coniunctissimi. Mihi autem decretum est, SOCIETATIS Patres in oculis semper ferre : quæque ad humanos vsus pertinebunt, in me procurationem recipio. Quin & duces mihi eos, rectoresque in rebus omnibus destinaui. Quod nisi præstem, tum me omnino vanum habeto. Accedit quod & earum apud Regem procuratores Insularum id ipsum ex me institerunt, SOCIETATEM vt eò ducam. Itaque, Pater, intelligis, vbi Ordinum simul laici, sacrique conspiret gratia, & præeat Antistes, non posse non centesimam redire frugem. Equidem sic arbitror, me Canariæ Episcopum ab vna SOCIETATE factum : non studio apud homines, sed meritis apud Deum. Qui quamuis vitia in me innume-

*Sine quo-
rum præsi-
dio illuc
adire non
audet.*

*Quantum
vnus è
Societate
profi?*

*Socios sibi
duces ac
Rectores
destinat
Turrianus.*

innumerabilia viderit, quæ solus emendare ipse potest; tamen & amorem videns, quem mihi erga SOCIETATEM idem ipse indidisset; voluit eo loco statuere, vel vile adminiculum, per quod gradum illa inde in cunctas Occidentis Indias faciat. Ergo per affixum Cruci Christum IESVM, obsecro te, summè Venerande Pater, ne me indignum hoc beneficio ducas, ne miserrimus hominum viam. Quin ita cenfeo nequaquam id mihi negari fas esse, quin sancto Spiritui repugnetur. Sacerdotes quinque, duos adiutores eorum velim. Ac precor istos Patres, Fratresque Dominos meos apud Deum agant, suam mihi vt opem ad ministerium tam grande largiatur: ac nominatim supplicent tuam mentem ad vota inflectat mea. Nihil euenire mihi infelicius, nihil nunciari tristius posset, quam has abs te preces repudiari: iterumque affirmo talem repulsam aduersus sanctum Spiritum fore: qui Tuæ Paternitati bonus inspiret, nosque omnes efficiat seruos suos, atque perdoceat omnia, præter Iesum, vel quod propter Iesum sit, nihil esse. Ita Præsul benignissime.

Par. 3. Hist. Soc. lib. 3. num. 204. Et postea num. 209. Morbus & mors Optimi Episcopi describitur. Et ad finem additur. Non vnum, sed multa Societati Collegia meditabatur: & in eam rem quam optimo iure potuit, donatione, ac testamento rerum suarum pleraque destinavit.

Quos ardentissima postulat.

Quod si repellatur, repulsam fieri Spiritui Sancto affirmat.

24. A GREG. VIRNEBURGIO Episcopo Azotensi, qui dum maxime turbas Hereticus rabula aduersus Treuirensis Collegij principia excitaret, populum è loco superiore, & in cunctis conuentibus adhortari ad constantiam non cessabat admonens, vt bono animo esset, quod effusus in ea Vrbe sanctorum Martyrum sanguis coram diuino conspectu ciuibus opem suis implorans clamaret. Quin etiam propediem affore pollicebatur, viros qui fidem, religionemque illam prædicarent, quam ad eos Princeps Apostolorum Petrus per SS. Eucherium, Valerium, & Maternum transmisit. Ergo is iam homines Societatis monstrans, hæc verba (vti scribit P. Euerardus) præ letitia animi prope canti-

Societatis aduentus ab Episcopo Azotensi prædicto.

tans usurpabat passim. En hi sunt quos aliquando dixi vobis venturos. Id coniecturane, an diuino tactus spiritu ante prediceret, non equidem affirmarim. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. num 104.

Eadem à
Virdunensi
desidera-
tur.

25. A NICOLAO PSALMEO Episcopo, & Comite Virdunensi, qui è impatientius flagitabat Virdunensis Collegij inchoationem, quod specimen fructus iam manibus tenebat è Scholis, quas accitos Colonia Sociorum quosdam, in condito abs se paucis ante annis Collegio habere iusserat. Cognouerat rationem Ordinis nostri, & dilexerat in Concilio Tridentino: perspexerat postea inter viam Ingolstadtj præsertim, obseruaratque instituende iuuentutis formam, atque felicitatem. Itaque domum reuerso nulla prior, ac potior cura inerat, quam vt tale munimentum gregi suo, tum maxime ob temporum iniquitatem periclitanti, lupisque Vallato circumdaret. Inchoatum igitur, & receptum Virdunense Collegium. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. n. 86. Et postea Ibidem lib. 7. nu. 82. dicitur, pestilentie occasione dissipatum, & tandem restitutum ab eodem Antistite Nicolao:

Quam sit
necessaria,
carendo
noscitur.

qui cum Parisios eam ob rem venisset, testificans (quod & in tabulis foundationis apposuit) Carendo potuisse cognosci, quam necessarium esset, &c. Et cum totus esset (additur n. 85.) in renouando Templo S. Nicolai instruendoque Collegio, & benignitate vjjs omnibus promerenda in Patres; die eiusdem S. Nicolai, quo primum die in Templo instaurato salutis immolata est victima, non solum prandium vjjs, quale indulgentiam eius decebat, misit; sed ipsemet cum familia sua in Collegium venit, & prandentibus ministravit ab exordio ad finem, representans eam Domini reuertentis à nuptijs erga vigiles seruos benignitatem, de quo scriptum legimus Luc. 12. Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Dei famuli nulla ratione potuerunt euincere, ne modestiam suam hoc rubore perfunderet. Ita ibi.

Summa
Virdunen-
sis Episcopi
in Societa-
tem beni-
gnitas.

Literæ per-
honorifica
pro Virdunensi
Collegio
stabiliendo.

26. A VALERIANO Vilnensi Episcopo, ex Vrbe Vilnae magni Lithuanie Ducatus Principe: qui pro Collegio Societatis ibi stabiliendo ad Cardinalem Hosium sequentes literas dedit. Illustrissime, ac R^{me}. in Christo Pater, ac Domine. Partim Officij mei

mei memor, quo Ecclesiæ Christi & me ipsum, & omnia mea debeo, partim illius sanctissimi, & saluberrimi Consilij haud oblitus, quo me Illustrissima, & R^{ma}. Paternitas vestra, pro sua in me singulari benevolentia, amicissimè dignata est commonere, vt sanctis, & pijs vestigijs vestris insistens, omnem meam operam darem, quo Fratibus Societatis IESV Vilnæ aliquod certum domicilium quamprimum posset constitui: ostendens breui tempore futurum, vt res Christiana quæ his temporibus infelicissimis in hoc magno Ducatu Lithuanicæ admodum vehementer nutat Hæresibus in dies alijs, atque alijs pullulascentibus, eorum opera Deo optimo aspirante, in tranquillio rem statum posset redigi: & si is non sum Ill^{me}. ac R^{me}. Antistes, qui me tantis angustijs circumclusum amplitudinem, & maiestatem clarorum gestorum, & factorum R^{ma}. Paternitatis Vestræ, quibus iam pene toti orbi inclaruit, sperem, vel saltem aliquam similitudinem posse assequi; tamen dictis causis permotus pro ea rerum mearum tenuitate, in quam sum militum, & Hæreticorum maximis iniurijs reductus, quod potui præstiti. Emi igitur in primis domum cæmentitiam olim Dominorum Lassinski cum alijs multis commodis Collegio piorum istorum, & doctorum virorum satis aptam, tum vel eo maximè, quod eò loci sita est, vt & Episcopi Vilnensis Curia sit valde vicina, & ab omni strepitu Opificum longe semota. Habeo iam & prædium ære meo ibidem emptum, vnde singulis annis centeni aliquot floreni Polonici in eorum necessaria redire potuerint. Nunc illud mihi restare videtur, vt Ill^{ma}. & R^{ma}. Paternitas Vestra pro suo in me valde propenso animo vnum atque alterum virum prudentem ex hac SOCIETATE Bransbergenfi dignetur ad me Vilnam mittere. Et quia sic afflictæ sum valetudinis, vt in dies impendentia pericula timeam, cuperem tales mihi mitti, qui ad capeſſendam possessionem istorum bonorum omnium essent apti ac idonei: vt eos statim Dominos, & hæredes eorum omnium constituerem. Quod vt Ill^{mam}. & R^{mam}. Paternita-

Ad pullulascentium hæresum remedium.

Ad quod aliqui è Societate in Vilnam expetuntur.

ternitatem Vestram pro sua in Ecclesiam Christi vigilantia, facturam non dubito; sic ego præter hoc, quod tot, & tantorum beneficiorum semper sum futurus gratus, etiam Deum Optimum Maximum continuis votis sedulo orabo, ut illam ad suæ Ecclesiæ sanctæ incrementum & augmentum in multos annos seruet saluam, & incolumem. Cætera ex eo, qui has perfert litteras, facile cognosces. Valere Ill^{mam}. ac R^{mam}. Paternitatem Vestram diutissimè felicissimèque percipio. Vilnæ ex curia mea Episcopali 20. die Augusti anno Domini 1568. *Hæc in eadem Par. 3. Hist. Societ. lib. 4. num. 180.*

Alia litera eiusd. Anti. in Societatis commendationem.

Qua veneranda, ac celebris proclamatur.

Et diuitem omnium disciplinarum Scholam aperit.

Ad depellendas ab oculi Christi grassantes hæreses pestes.

Expetuntur aliqui socij ad Vilnense Collegium.

AB EODEM *Epistola altera ad Patres Bransbergenfes.* Cum pro meo, *inquit*, Pastoralis Officio subinde mecum cogitarem Reuerendi Patres, quibus modis res Ecclesiastica in hoc magno Ducatu Lithuanix ob infinitas fere hæreses valde labascens, possit quoquomodo erigi, & attolli, venit mihi in mentem, Deo sic proculdubio volente, Veneranda hæc, & celebris SOCIETAS vestra. Quæ cum pro suo instituto, & eam rationem vitæ sit amplexa, ut & verbis facta valde cohæreant, & omnium disciplinarum optimarum tam diuitem Scholam aperiat, ut ex ea, tanquam illo diuite cornu, quilibet in usum suum necessaria facile queat depromere; in eam spem sum adductus, ut credam his vestris sanctissimis armis, quibus vos audio satis abunde esse instructos, omnes has pestes grassantes ab oculi mihi à Christo commissio depelli posse. Quo vero hoc per vos Christi operarios strenuos commodius agi possit: primò domicilium satis commodum vestro instituto iam curavi; deinde & prædium, unde necessaria SOCIETATI vestræ non aspernanda esse potuerint. Verum, ut de his, quæ sunt iam parata, & de cæteris, quibus opus adhuc esset, tanto melius & certius possit constitui. R^{das}. Paternitates vestras obnixè peto, ut pro vestro in Ecclesiam Christi zelo sancto, vnum atque alterum virum doctum ex Collegio vestro ad me Vilnam ad certum tempus quàmprimum mittere dignentur;

tur: qui quasi prodromi vna mecum omnia ea præparent, quæcumque ad professionem SOCIETATIS vestræ videbuntur requiri: simulque eorum bonorum, quæ iam sunt parata possessionem capiant. Quod, vt vos, pro vestro in Ecclesiam Christi amore, facturos non dubito; sic ego dabo omnem operam, vt & hi viri boni, quos mittetis, satis abunde habeant omnia: & de reliquis ex eorum Consilio sic constitutam, vt Venerabili SOCIETATI vestræ satis commodum domicilium hîc figi possit. De qua re etiam ad Ill^{mum}. Dominum Cardinalem Episcopum Varmiensensem scripsi, Dominum meum obseruandum. Qui etiam pro sua in me beneuolentia, non dedignabitur quod possit huic rei vsui esse, in commune consulere. De reliquis meus hic famulus, qui R^{dis}. Paternitatibus vestris has litteras reddet, vobiscum aget. Valere vos diutissimè, felicissimèque percupio. Vilnæ ex nostra Curia Episcopali 20. die Augusti anno Domini 1568. Sic Ibidem n. 181.

AB EODEM: Cuius vt in conspectu religiosa cohors Vilnam venit (& Pontificali fulgens amictu, aurea circum collum fluente torque, circumstante Canoniorum, & virorum nobilium præclara corona, compositus ad maiestatem in sella constiterat) incredibilis gratulatio, atque vberes fuerunt lacrymæ. Magius noster ornandam etiam verbis magnificam Antistitis Valeriani pietatem, & SOCIETATIS in eum obseruantiam ratus, grauissimam habuit Orationem. quæ videri potest Ibidem lib. 6. n. 117. & postea n. 119. dicitur. Talla differente Magio, Venerabilis senex, graui suauitate vultus, & decoris lacrymis approbat. Et vbi ille conticuit, haud item sine lacrymis respondit; gratias agens Deo, qui iam se proxime ad finem votorum suorum perduxisset: sæpiusque confirmans, nunc demum sperare se gregi suo bene consultum fore, nunc vineam Vilnensem, situ squallidam, vepribus horrentem, & ab Syluestri apro deuastatam redintegrandam, & in eam speciem excultum iri, vt nulli pulcherrimarum cederet. Tum paterna indulgentia cunctos prandio excepit, eorum se spectaculo

Vilnensis
Episcopi
letitia in
aduentu
Societatis.

Perhonorifice excep-
ta à Vil-
nensibus.

Quia vineam vepribus horrentem in talem speciem, vt nulli cederet, excultura.

pascens:

pascens: Sacram illam coronam, quasi filios, quasque nouellas oliuarum in circuitu mensæ suæ contemplans, breui fructiferas in Domo Domini futuras oliuas.

*Litteræ
Bollani E-
pisc. de
Brixienfis
Collegij
innocentia.*

27. A DOMINICO BOLLANO Episcopo Brixienfi, Duce, Marchione, & Comite, litteris de Collegij Brixienfis innocentia, vniuersis & singulis eas inspecturis. Cum autem (inquit) aliquot annos nonnulli probatæ vitæ, & doctrinæ Sacerdotes, propria pietate & Christianæ religionis zelo commoti, in hac Vrbe conuenissent, & quoddam Clericorum veluti Seminarium & Collegium nostra primùm auctoritate, nec non Sedis Apostolicæ postmodum approbatione accedente, in Ecclesia D. Antonij, à Gubernatoribus maioris Hospitalis huius Urbis illis concessa, instituisent, magna cum piorum hominum ædificatione simul viuentes, & sua in commune conferentes, ac bonorum morum, & doctrinæ informationi in ciuitate, & diœcesi nostra, cum multorum fructu incumbentes, diuinaque fideliter administrantes: nec non prædicto Hospitali benè, & diligenter in spiritualibus inferuientes, vt à pluribus eiusdem Hospitalis Gubernatoribus certa relatione percepimus. Ij omnes partim Sacerdotes, partim inferiorum Ordinum Ministri, superioribus diebus cupientes in Domino certiore bene viuendi regulam, & perfectiorem religionis statum nancisci: magno ipsorum omnium consensu, & nostro cum gaudio, piæ IESV SOCIETATI, ac Religioni se iunxerunt, atque in eius Generalis Præpositi obedientiam, Domino, vt credimus, inspirante, se dederunt. Quo tempore antiquus humanæ salutis hostis fortassè prospiciens ex huiusmodi suscepto instituto vberiore animarum fructum in hac Vrbe prouenturum, maiores & ipse insidias præparauit: ac, vt est ab initio calumniator, incertas quasdam in nonnullos ex prædictis Sacerdotibus voces excitauit, quæ multorum animos commouentes, nobiles aliquot huius Urbis viros præfati hospitalis Gubernatores induxerunt, ad se diligentius de illorum vita informandum. Quæ res non tam aduersus duos,
aut

*Vt fructum
ex Societa-
te sequen-
dum impe-
diat, maio-
res insidias
præparat
Dæmon.*

aut tres (tōt quippe erant ad quos res tota spectabat) quam aduersus præfatum Collegium, materiam multis præbuit obloquendi. Quod quidem Collegium cum paucis antediebus Societati IESV vnitum esset, vt dictum est, inde arripuit diabolus occasionem huius tam sanctæ Religionis nomen in multis Christiani orbis partibus, prout multorum literis didicimus, inuadendi, falsisque criminibus non sine scandalo, & animarum iactura impetendi. Quod nos summo cum cordis dolore cernentes, vt huiusmodi Satanæ insidias detegeremus, prædictas informationes, prout apud ipsos dicti Hospitalis Gubernatores, velut pro negotio suo priuatim inquirentes, absque vllō prædictorum sacerdotum interuentu scriptæ fuerant, nobis tradi fecimus, easque legimus quanta potuimus diligentia perquirentes, si quid esset tandem quod saltem ad legitime aduersus aliquem de prædictis sacerdotibus procedendum iure mouere nos posset. Quale nihil cum inuenissemus, ne falsis rumoribus seruorum Dei fama periclitetur, neue pusilli scandalum patiantur de prædictis omnibus, & dictorum fratrum nostrorum, & Consacerdotum innocenti, & immaculata vita, totiusque prædicti Collegij, nunc primum Societati IESV vniti integritate, quam nos iam diu nouimus, fidem facere decreuimus, facimusque præsentibus literis subscriptione, sigilloque nostro communitis. Sic illos Deus in suo sancto seruitio confirmet, & roboret: præsertim vero ipsam IESV Societatem, toto corde, & totis charitatis visceribus amplexamur, non minimum huic gregi nostro commodum, quorundam eius sacerdotum opera accessisse videntes: qua & nos, maiorem ex ea in dies fructum sperantes in lectionibus, & prædicationibus, quibus noster hic populus frequens interest, libentissime vtimur. Datum Brixie in nostro Episcopali Palatio die 21. Iunij. anno 1568. *Ita in eadem Par. 3. Histor. Societ. lib. 5. num. 76.*

Societas
ignorantiæ
tenebras
illuminans.

Præclara
virtute,
literis, &
exemplis.

Eius filij
Apostolis
quam sim-
illimi.

Ridicula
Hæretico-
rum in
nostros ca-
lumnia.

Acute red-
arguta à
Seccouienfi
Episcopo.

Viri mira-
biles Iesui-
tæ ad ho-
mines con-
uertendos.

Vel ipsum
Turcam.

28. A GAVINO MANCONI Episcopo Alenfi in Sardinia ser. in Canonizat. S. Ignatij fol. mibi 60. vocante Societatem, Religionem ignorantiae tenebras illuminantem. Et fol. 64. Singularissimam: & fol. 65. Præclaram, doctissimam, prudentissimam, nobilissimam exemplo, virtute, literis: & fol. 68. Electam à Deo, & IESV.

29. AB ANTISTITE ÆTHIOPIÆ: Qui visis inibi Societatis Hominibus dicebat, se affirmare id certo posse, vidisse se viros Apostolis quam simillimos, qui ea solum quærent, quæ Dei sunt, non quæ hominum, aut quæ sua. Ita in Imag. I. sec. Societ. lib. 5. cap. 12. fol. 681. Ex Annalibus Æthiopiæ ann. 1607.

30. A SECCOVIENSI: Dum haberetur Græcij Prouincialis Styriæ conuentus, agereturque à Nostris de stabiliendo, & corroborando Societatis Collegio, ab Hæreticis vehementer certatum, qui nisi inde IESVITÆ pellantur, negant in bellum Turcicum se pecuniam collaturos, nec quidquam attulere, quod criminis speciem haberet, sed id dumtaxat vniuersè: Nullam se bonam fortunam post eorum aduentum expertos: imo ob receptos eos, apparere, & Deum, & Turcas iratos. Quæ cum dicerentur non desuit, qui inepto ioco, seu per socordiam diceret id factu optimum fore, si Iesuitæ ipsi mitterentur ad Turcas. Quo loco Seccouienfis Episcopus stultum dictum irridens: Profecto (inquit) Domini Prouinciales non bene sibi consulant hoc modo. Nam si Iesuitæ, qui sunt viri mirabiles, & plurimum valent ad homines conuertendos mittantur ad Turcam, nihil habebitis certius, quàm fore, vt conuertant eum ad fidem Papisticam. Quod si fiat, malum capitibus vestris. Idcirco magis expedit vobis, vt vestros verbi Ministros ad eum mittatis, qui persuadeant illi Lutheranismum vestrum: atque tum vobis Turca erit clementior, & vobiscum contra Iesuitas pugnabit. Quæ in tempore dicta, cumque multorum risu excepta, aduersarijs pudore suffusis, quavis seuerâ oratione grauius calumnias diluere: vt iam ipsosmet pigeret, puderetque incepti. Ita Par. 4. Hist. Soc lib. 3. num. 111. & 112.

31. A PADERBORNENSI Antistite ex Provincia Rhenana existimante, Ex nostro Collegio quasi ex quodam Reipublicæ Seminario piorum, & eruditorum virorum examina proditura, qui sincera imbuti doctrina Ecclesiæ ruinas restituant. Ita in Liter. annuis Soc. ann. 1596. fol. 275.

Societatis Collegia Reip. Seminaria ad Ecclesiæ ruinas restituendas.

32. A QUITENSI In Peruuio, diploma Regium impetrante, ne aut ipsius obitu, aut vlla rerum commutatione, vel Capitulo, vel ei, qui sibi successisset, quidquam immutare liceret eorum, quæ ad Seminarij regimen cum Societate transfegerat. Et quidem nihil sibi opportunius accidisse existimabat ad dicti Seminarij utilitatem, quam Societatem illius administrationi præfuisse. Sic Ibid. fol. 895.

Quitensis Episcopi de Societate existimatio.

33. A BELGICIS Antistitibus asserentibus, & planè fatentibus, Seminarium Religionum Societatis Scholis contineri. Elogium breue, sed grande admodum. Ita in liter. Annuis Soc. ann. 1600. fol. 519.

Eius Scholæ Religionum seminaria.

34. A VENSIENSI, Tanti vel Societatis Sodalitates æstimante, vt diceret: Plus se gloriari, quod scriptum nomen Sodalitati nostræ haberet, quàm Mithra sua, & Episcopatu. Ita in liter. annuis Soc. ann. 1602. fol. 318.

Et Sodalitatibus inscribi insula gloriofus.

35. AB AVGVST. BARBOSA Episcopo Vgentino Scriptore Lusitano vbiq; gentium Iuriconsulto celeberrimo: In Hæreticis (inquit) & infidelibus ad Catholicam fidem reducendis, & maximè in remotissimis regionibus, plurimum, & laudabiliter elaborarunt strenuissimi huius Sanctæ Societatis milites. Hæc in sum. decision. Apostol. Collectan. 169. num. 23.

Socij in Hæreticis & infidelibus reducendis milites strenuissimi.

36. A SECCOVIENSI, Pro conctione non semel dicente, quam vtile futurum Ciuitati Plagenfurtenfi, si in ea Societatis Collegium exigeretur pro iuuentutis institutione, quam felices cuiuscumque conditionis personæ, dum in suis necessitatibus Nostrorum consilio, auxilioque frui liceret: qui nullo facto discrimine, in captiuos, pauperes, ægrotos, quæcumque charitatis opera, tam benigne soleant exercere. Ita in

Societas vtilis Reip. ad iuuentutis institutionem.

Et ad omnia charitatis opera.

Annal. Soc. ann. 1604. fol. 545. Et postea fol. 547. additur de Eodem Antistite, quod quamuis ille nostrorum aduentum multum desudaris in concionibus habendis, tamen vel vno presente, nullis precibus potuit adigi, vt Cathedram conscenderet, affirmans, se vbique locorum hoc muneris Societati semper detulisse, ac deferre velle, quin etiam, si esset in consensu cathedræ, tamen audiens ex nostris adesse Concionatorem, se paratum fore loco cedere. O ingens Societatis aestimatio?

In concionandi munere prelati à Pastore.

37. A FERDINANDO TREJO. Franciscano Episcopo Tucumanensi, qui Concione ad Templum aduocata, multis Urbis iacturis enumeratis, Nullam, dixit, adeo grauem ciuitati (videlicet S. Iacobi del Estero eius Cathedrali) posse contingere, nec quam ipse magis pertimesceret, quam si Nostri, vt ipse subodorabatur, Urbem desererent. Sic Ibidem fol. 278. & in An-

Eius discessus grauior ciuitatis iactura.

Et qui obligaret ad Episcopatus abdicationem.

nal. eiusd. Soc. ann. 1606. fol. 223. additur, Eundem Antistitem pallam asseruisse, Si Societas Prouincias illas desereret, illico se suo Pontificio munere abdicaturum. Tanti fecit Illustriss. hic Praesul Societatem nostram, ac praecipue Prouinciam hanc, in qua haec scribimus: quin corpus suum in nostro Cordubensi Templo humari voluit, vt quem viuens habuerat, vel mortuus testaretur amorem.

Societas contra maleuolorum linguas protecta.

Et aestimata ab Episcopo Baranouio.

38. AB ALBER. BARANOVIO Episcopo Pultouieni, in Cuius ampliore Episcopatum discessuro, dum in refectorio vnus è Nostri totius nomine Collegij valediceret, & gratias ageret, quod in publico Regni conuentu nomen Societatis contra maleuolorum linguas protexerit, subintulit laudatissimus Praesul: Quidquid fecisset, minus laude nostra esse: quaecumque in se bona animadverteret, quaecumque in administrando Officio praestitisset, ea omnia ex Nostrorum omni obseruatione digna cura, & studio protecta. Insuper in defensione Ordinis Nostri vbicumque locorum esset, effusè liberalem futurum Patronum. Haec ille lacrymans dicebat. Ita in liter. Annus Soc. ann. 1607. fol. 468.

39. A CREMONENSI *asserente*, Neminem vnquam aut Papam, aut Episcopum bonum futurum, qui Societatem IESV non coleret, & amaret. *Ingentia sane verba, & nisi ex ardentissimo in nostrum Ordinem amore prolata sine rubore haud referri possent. Ita in Annal. Soc. ann. 1607. fol. 17.*

Nemo bonus, qui eam non colat, & amet.

40. A IULIENSI *In Prouincia Veneta statuente*, vbi sine graui offensa Religiosorum aliorum Ordinum fieri posset, se neminem illuc ad conciones, & alia ministeria Societati congrua, præter homines Societatis aduocaturum. *Ita Ibid. fol. 58.*

Ad conciones, & alia ministeria sola aduocanda.

41. A ZEBVANO *In Philippinis: Qui videns Bachanalia in sanctimonialia per triduum conuersa*, Sanctæ Societatis (sic *Nostros appellabat*) sanctam inuentionem, excogitationemque ad arcenda ex hominum mentibus peccata, dicebat. *Sic Ibidem. fol. 281.*

Bachanalia in sanctimonialia conuertit.

42. A BARGINONENSI: *Qui pro collatis erga Societatem beneficijs, cum à P. N. Generali literas accepisset*, quibus eum participem spiritualium Societatis bonorum faciebat, hanc ille communicationem tanti fecit, vt Episcopatu ante ferre, non dubitauerit. *Ita in liter. annuis Societ. ann. 1608. fol. 59.*

Communicatio suorum spiritualium bonorum Episcopatu antefertur.

43. A PERPINIANENSI (alias *Elna*) *asserente*, Se ita paratum ad munia Societatis promouenda, vt victum, & quibus tegebatur indumenta sibi detrahi facile pateretur. *Ita in Annal. Soc. ann. 1606. fol.*

Quante sint estimationis eius ministeria.

44. A MVRCIANO, *tanti Missionum Societatis operam faciente*, vt publice in Templo nostro populum adhortans, ad Nostros conuersus dixerit: Agite Patres, & his excursionibus negotio vtilissimo impigre vacate: certoque vobis persuadete, quod & ipse teneo, hoc inter cetera ministeria Ecclesiæ Catholicæ longe esse fructuosissimum, adeoque præcipuum. *Ita in Annal. Soc. ann. 1610. fol. 124.*

Societatis Missiones præcipuum & fructuosissimum Ecclesiæ ministeria.

45. A LVCEORIENSI *in Polonia, diplomate etiam cauente*, Ne quisquam alius in Vrbe conscientia controuersias publice doceret, præter Societatem. *Ita Ibid. fol. 417.*

Solis Socijs conscientia controuersias publice docere per-

46. A *mittitur.*

Quanti So-
cietatem
faceret Se-
goviensis
Episcopus?

Inter cuius
filios enu-
merari ar-
denter ex-
petit.

46. A SEGOVIENSI in *Philippinis*: Gratiam (*inquit*) mihi velim libenter indulgeri, vt P. Rector, & ceteri sanctæ huius Societatis Patres, & Fratres, me suo Cætui fratrem adnumerare velint. Quod ergo beneficium quanta possum animi contentione efflagito. Ego vero quoad potero viribus omnibus conabor, vt iustius Societatis sanctas constitutiones, ac leges religiosissimè obseruem. Quidquid denique à vobis speciatiim erit nobis impositum, obsequenter effectum dabimus. Tua porro singularis erga nos benevolentia non patitur dubitare, quin filij, & fratris loco in vestra Societate enumeremur, & re ipsa simus. *Ita amantissimus Societatis Presul. in Annal. Soc. ann. 1612. fol. 147.*

Quanti
Eluacensis.

47. AB ELVACENSI in *Germania Superiore asserente*, Vbi Pontificium Tribunal sibi decerneretur, Sedem quoque Societati omnino futuram. *Tanta illi erat Societatis existimatio: tantus erga eam amor. Ita in Annal. Societ. ann. 1613. fol.*

240.

Eius inno-
centia à
Leodicensi
Episc. con-
tra impu-
gnatores
asserita.

48. A LEODICENSI, *Sic Nos aduersus criminantes, propugnante*: Alieno vel iudicio, vel auctoritate, nil sibi opus esse in Societatis æstimanda innocentia, cuius à puero, quam exploratissimam haberet probationem. *Ibid. fol. 354.*

Summa Ie-
suitarum
modestia.

Peragen-
tium sum-
ma cum
laude, quæ
ad proximo-
rum sa-
lutem, &
Dei gloriã
spectant.

49. A IOANNE DE VALDES, *Archiep. Nouæ Cantabrie, & Gallicie in Regno Mexicano Episc. ad P. Prouin. Soc. quæ sic se habet*: Et mei Officij ratio, & summa Patrum, qui in his oris versantur, modestia, & singularis, quam ex eorum colloquijs percepi, voluptas postulat, vt cum vestra Paternitate ea communem, quæ à Societatis hominibus vere Religiosis in his vltimis terræ angulis ad Dei gloriam, proximorumque vtilitatem, summa cum laude peraguntur. Ego vero de me ipso hoc affirmare possum, ad eum me eorum familiaritate fuisse re-creatum, vt longissimi, eiusdemque difficillimi itineris molestijs non grauarer, vt horum Patrum religiosissima, & omni ex parte perfectissima fruerer consuetudine. Ea de illorum summa virtute cognoui, quæ vix credi, scribi certe, aut explicare

Summa eo-
rum virtus,
quæ vix
possit expli-
cari.

explicare nullo modo possim. Ex quo vestra Paternitas liqui-
do intelliget quanti interfit, tales diuinorum mysteriorum
Magistros, in his barbaris, incultisque regionibus versari:
sed quoniam contineri non possum ad V. Paternitatis ad-
uentum referuabo. Interim de me hoc possum polliceri in
posterum horam me Patrum (Apostolos verius nominassem)
Patronum futurum vigilantissimum, & summe eorumdem
mirabilisque virtutis laudatorem, &c. Ita in citatis toties literis
annuis Soc. ann. 1611. fol. 868.

*Sunt diu-
norum mi-
nisteriorum
Magistri.*

*Et Apo-
stoli,*

50. AB ALBERGATO, qui scribens ad Greg. XV. de S. Ig-
natio sic loquitur: Beatus iste (inquit) eam Societatem Ecclesie
Catholice peperit, quae velut murum se opponit vniuersae
impietati pro Domo Dei. Testis oculatus loquor, & sceleris
arguerer, si tacerem: pugnavit sanguine, pugnatque adhuc
constantissime. Ita apud Euseb. in doctrin. Ascetic. lib. 1. cap. 60.
fol. 50. col. 2. Et in Testimonio ad eundem Gregorium idem Episco-
pus: Gloriosissimum (inquit) censeo Beatum Ignatium, qui
Choros Confessorum, Doctorum, & Martyrum Ecclesiae pe-
perit. Ibidem fol. 51. col. 1.

*Societas
Murus pro
domo Dei.
Pro illa suo
sanguine
constatissi-
me pugnas.
Choros Co-
fessorum,
Doctorum, &
Martyrum
Ignatius
Ecclesia
peperit.*

51. A BAYENSI In Brasilia nostrorum tolerantiam publice
predicante. Illis enim nihil maioris lucri per id tempus quam con-
stantia in tuenda libertate Brasiliorum, & suscipienda patienter eam
ob rem inuidiae mole, & obreccationibus hominum exterorum Quam
admiratus constantiam Episcopus integerrimus, palam in Vrbe Baye
pro concione commendavit: conuersoque ad Patres sermone, & sola-
tus insuper confirmavit, Ne vnquam ab suscepto patroci-
nio terrore villo delisterent. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. num.
294.

*Sociorum
in tuenda
Brasilioru
libertate
constan-
tiam Epif-
copus Baya
publice
pradicat.*

52. A CARNERIO Macaoensi, qui vehementer instabat,
Vt liceret sibi Infulis Episcopalibus positis vitam sub obe-
dientia Societatis finire: insigne boni Pastoris documen-
tum ostendens, & Societatis existimationem. Sic Ibidem lib. 4.
num. 207.

*Sab Socie-
tatis obe-
diētia mori
Episcopus
instat Car-
nerium.*

- Societas virtutum, ac scientiarum Emporium. Ars firmissima Religionis.* 53. AB ANTONIO ZARA Episcopo Petinensi, qui sic in nostrae Religionis laudem erumpit, in Anothom. ingenior. sess. 1. cap. unico. Quid de IESV Societate dicam? De illo scientiarum, ac virtutum omnium Emporio? de illa Religionis Arce firmissima? Ad cuius viros cum oculorum aciem conuerto, veram mihi Idæam priscorum illorum, ac Sanctorum Patrum simillimam videor intueri. Hi enim nullum pro fide orthodoxa laborem renuunt, nullas necces, atque clades reformidant: sed semper in campo, semper in Sole fidei versantur, vt armata religio veritate, armatam falsitate vincat, & iugulet impietatem. Sic apud Paul. Leonard. Apol. pro scient. Med. Par. 2. num. 84.
- Eius filij Idæa Sanctorum Patrum simillima.* 54. A MELCHIORE MOSCOSO Episcopo Segouienfrinclyta (inquit) Societas, quæ Sapientiæ solem, ceu Aquila ita sustinet, vt inatorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicet. Ita ille in Censur. Tom. I. in Epist. Paul. P. Ant. Velazquez.
- Qui nullum pro fide laborem renuunt.* 55. A PETRO LEITANO primo Brasiliensis Ecclesie Episcopo: is eorum fama motus, & experientia, quæ præclara per Socios, & admiranda faciebat Deus, dicere aliquando auditus est, Societatem in Brasilia aureum esse Annulum, eius Gemmam esse Iosephum Anchietam: illum, qui toto iam Orbe notissimus, patris ubique prodigijs, Brasiliæ iam tunc Apostolus vocabatur. Ita in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 5. fol. 622.
- Illis Societas armata impietatem iugulat.* 56. A NEOPOLITANO Episcopo, qui Insularum, dum vixit, quam Societatis amantior. O Sancta (inquit moriens) Societas, quam antea neque satis cognoui, neque merui? Tu superas, & præcedis Peda Pastoralia, Mitras, Purpuras, Cardinalitias, Sceptra, Imperia, & Coronas. Quem sensum morientis Episcopi sicut exaggerare non audeo, sic non debeo eleuare. Ita Ibid. lib. 5. cap. 10. fol. 667.
- Aquila in clyta sustinens sapientia solem.*
- Est aureus Annulus, cuius Gemma Iosephus Anchieta.*
- Mitras, purpuras, sceptra, & Imperia superat.*

57. A PRVDENTIO DE SANDOVAL *ex Sacra D. Benedicti Familia Episcopo Pompeiopolitano Caroli V. Historiographo Cesareo: is Tom. 2. lib. 24. §. 22. Augustum hoc profert de Societate iudicium.* Intelligent *(inquit)* omnes Catholici curam, qua Ecclesiam suam sponfam sibi vnice dilectam Deus amplectitur, quamque tempestatibus fatigatam, diuinis fauoribus recreat, nouos in ea spiritus, & generosos milites, industriosque gubernatores euocando, per quos, ne quo casu illa pereat, constituatur in tuto. Cum à septentrionalibus Europæ partibus suum secuti Lutherum plures alij emergerent brutales Hæretici, ferarum instar coniurati omnes æquare solo vineam Domini; ipse ab Oriente gloriosum excitauit Ignatium, qui abstractus à militia, armisque terrenis, arma inter alia, & opera magis heroica poneretur, adeoque cum ceteris armandis ab se socijs, in ipsum Apostolorum, & Ecclesiæ primæuæ munus, Officiumque succederent: itaque per illos suademum fides diuino constaret oraculo: in omnem terram exiuit sonus eorum Pl. 28. Quod certum nunc, & ipso expressum opere nostris nos oculis contuemur, quando Patres illius sanctæ Societatis orbem ex hoc vniuersum circuiuere, Deique legem annunciando mortalibus, eò demum, quò nec ipsi penetrarunt Apostoli, peruenerunt. Illis nempe nouos Orbes vtriusque ad Orientem, & Occidentem Indiæ, maiorem certe partem eorundem, veluti destinato seruaui Deus, vt ibidem gens illa benedicta Apostolorum sociorum munere fungeretur. *Ita refertur in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 11. fol. 680.*

Excitatur Ignatius contra Lutherum, & affectas.

Qui Socius in Ecclesia, & Apostolorum munus successuros armar.

Euangelium etiam quo ipsi Apostoli non peruenerunt, annuntiantes.

* AB EODEM: *Qui in eadem Hist. Caroli V. Par. 2. lib. 24. §. 25. agens de nostri Instituti excellentia, sic ait: Institutum, & ratio gubernandi, quæ Sacra hæc Societas vtitur à S. Ignatio tradita, & à filijs egregie obseruata, è præclarissimis, prudentissimisque, & charitate plenissimis est, quæ in aliqua vnamquam floruisse Republica cognoscuntur: idque manifestum facit incrementum, quod tam breui temporis spatio, toto*

Societatis Institutum laudatur.

Ex eius obseruantia.

Ex Collegiorum incremento.

Ex Alum-
nis.

Ex Marty-
ribus.

Ex libris
scientia
refertissi-
mis.

terrarum Orbe accepisse cernitur : tot millia Collegiorum, ac Domuum, quas habet, homines Collegiorum Alumni, qui citra hyperbolem doctissimi appellari merito possunt. Prouinciæ, quas ad Religionis Christianæ imperium adiunxerunt, sudor, ac sanguis tot Martyrum fusus, libri sapientia ac solida scientia refertissimi, quos edidere, & alia sexenta munera, quæ obiere, ac perpetuo obeunt, quæ quia huius loci non sunt, & ego ijs scribendis impar, prætereo. *Sic illius ex Hispano idiomate perhonorificum testimonium Latine redditum.*

Quam uti-
les Societa-
tis Scholæ.

58. AB HENRICO CVYCKIO Episcopo ad Albertum Archiducem sic in Scholarum Societatis commendationem scribente. Meliorem nunc cogitationem suscepimus requirendæ à Patribus Societatis IESV literariæ Scholæ, quæ non Ruremundanæ tantum Ciuitati, sed toti huic supernæ Geldriæ, Vuertanæ quoque, & Iuliacensi nobis conterminæ, & Cliuensi Prouinciæ magno vsui, adeoque necessaria est futura. *Hæc Ruremundanus Antistes in Imag. 1. sec. Soc. lib. 6. cap. 3. Sess. 1. fol. 772.*

Litera su-
per Loua-
niensis
Collegij
fundatio-
ne.

59. A LÆVINIO TORRENTIO Antuerpiensi Episcopo vere magno, qui præcipua Patrum nostrorum vsus opera, vltimis quatuor vitæ suæ annis septies mille à fide alienatos Ecclesiæ conciliauit. Quantum in eo Patronum haberet Societas manifestum fuit in Louaniensis Collegij fundatione, quam ei dissuadendam quibus nescio rationibus Academia susceperat : sed frustra, vt constat ex Torrentij literis peregregijs, quas super hac re dedit Antuerpiæ ad Academicos pridie Nonas Maij, anno sexquimillesimo nonagesimo quarto. Cum ab eo tempore (inquit) quo primum instructus literis Louanij, alias quoque Prouincias accessi, ac tandem diuino fretus auxilio in Patriam reuersus sum incolumis ; nihil magis desideravi, quam occasionem aliquam dari, quo accepti memor beneficij, de Louanio vicissim benemereri, atque animi gratitudinem aliquam ostendere possem. Successit res non omnino infelicitè. Quod enim ex peculio honeste parto superfuit, id

id erigendo apud Patres SOCIETATIS IESV Philosophiæ Gymnasio cœpi impendere, in magnum Academiæ Vestræ, vt mihi visum est, commodum & bonum; nihil cuiquam detrahens, sed serio dans operam, vt toti corpori benè esset. Nam cum de Republica in vniuersum agitur, non quod singulis, sed quod in vniuersum profuturum sit omnibus, considerari consuevit. Accidit tamen, vt plerumque fit in naturali quadam hominum ad dissentendum inclinatione, vt nonnulli ex facultate Artium, quam vocant, acriter se opponerent. Dico nonnullos, quia mandatum de se opponendo legitimè conceptum nullum hactenus vidi; sed Epistolam tantum, quâ me à proposito deterrere, & aliò inclinare conati sunt; ad quam tunc etsi modestissimè, & vt puto, non imprudenter respondi; illi tamen pergunt obsistere, & nescio quid moliri, vt auctoritate Regis, eiusque Concilij impeditus, à sententia discedam. Quod vt libere dicam, nullo vquam modo impetrabitur. Nemo enim quid cui conferam mihi præscribat, rerum mearum qui sim Dominus. Sed efficiant fortasse illi sua ingratitude aliò me conuertam; quod tamen non facilè neque temerè fiet. Nam Louanium amo. Liberum credo erit sanctæ SOCIETATIS Nominis IESV hominibus benefacere, & apud eos nouum Philosophiæ, seu Gymnasium, seu Seminarium erigere: quò tametsi nemo, nisi SOCIETATI iam addictus, accesserit, satis inde magnum commodum toti Orbi Christiano accedet, & præsertim Pro- uincijs nostris Belgicis; quod quotidiana experientia iam sentimus & quasi manu tangimus. Quæ ergo ista inuidia est, vt tanti boni fructum non percipiant etiam alij, qui ad Patres discendæ Philosophiæ causa confluere & ipsi volunt? Deum testor, quod si aliud occurrisset Consilium, quo Academiæ prodesse plus potuissem secutus id fuisset. Verum sæpè & multum cogitanti, nullum occurrit. Alioqui, non obstantibus quibuscumque Artium Facultatis priuilegijs, docere possunt prædicti Patres intra septa suorum Collegio-

*Quæ ab
Academia
impugna-
ta, ab Epif-
copo defen-
ditur.*

*Ob ma-
gnam orbis
Christiani
commo-
dum.*

rum, quidquid placuerit, Instituto Ordinis sui non contrarium. An forte Sacram Theologiam docentes Louanij à Philosophia arcentur? Quis ergo horum sese opponentium finis? nempe ut magna cum inuidia nihil proficiant. Vbi si vna mecum ornandæ atque illustrandæ isti Academiae incumbere velint, Pædagogij etiam suis profuturum sit plurimum. Quidquid sit, viri amplissimi, ab æquitate vestra impetratum cupio, ut, quoniam Magistratus, atque adeo ciuitas ista tota meum consilium laudat atque approbat, atque, ut pergam in proposito, me rogat, vestram quoque sententiam mihi declarare ne grauemini; idque eo ardentius peto, quod ex quorundam litteris intellexerim, non solum Artium, quam vocant Facultati propositum nostrum displicere, verum alijs quoque Professoribus primarijs. Quod tamen si ita esset, ægrè tamen desisterem; displiceret tamen vehementer. Durum est enim homini ingenuo inuitis atque ingratis benefacere: ego tamen nullam, nisi à solo Deo, vel gratias, vel mercedem exspecto; cuius etiam clementiæ, quantum possum, precibus vos commendans, vel tribus tantum verbis ad epistolam hanc meam responsum exspecto. *Hactenus soluta Oratione à Torrentio in nostrarum scholarum fauorem proclamatum: referturque in Imagin. 1. sæc. Soc. lib. 6. cap. 5. fol. 882.*

*Societas
Cælo gratia.*

*Iesu nomine
Illustrata.*

AB EODEM: *In Oda ad SOCIETATEM, sub sanctissimi Nominis IESV gloria insignitam eleganti carmine eius laudes in hunc modum occinente.*

*O grata cælo sancta Sodalitas
Rex Regum IESVS nomine quam suo
Illustrat, exornatque toto
Ut celebris memoreris Orbe:
Non Orbe dico, quem veteres aui
Norunt minorem dimidio, male
Truncatum, & angustus coactum
Limitibus, nec adhuc reiectum.*

Quod

Quod vstus illic solibus, hic nine
 Negaret aptas sospitibus domos,
 Nec torridam fas esset vlli
 (Sic perhibent) superare Zonam:
 Sed Orbe toto prorsus & integro
 Quem belluoso dum volitant mari,
 Utroque porrectum sub axe,
 Magnanimi reperere Iberi.
 Quorum secuti turgida lintea
 Pura sed omni mente cupidine,
 Pulchro nec argento, nec auro,
 Nec nitidis inhiante gemmis.
 Armis vt illi sceptris potentium
 Fregere Regum, fluminaque & lacus,
 Portusque, vicinasque gentes
 Indomito subiere ferro.
 Sic vos inermes, impauidi tamen
 Casta inferentes indigenis sacra
 Hac impios cultus, & omnem
 Barbariem, pepullistis arte.
 Qui namque vera luce carentibus
 Fas esse notum, vel potuit nefas?
 Turpi volutabantur antro
 Cimmerijs medijs tenebris;
 Clausis retenta ceu caueis fera,
 Edenda si qua ad munera publica
 Seruantur, vt damnata fulua
 Corpora dilacerent arena,
 Quod deprehensos tam misero in statu
 Vt mente bruta non minus impia
 Committerent, quam seuus olim
 Antiphrates, genus aut Cyclopum.
 Sanaestis: at non cantibus Orphei
 Linique, nec qui mania condidit

Inermis, sed
 impauida
 barbariem
 pellit.

Inferatos
 mores sa-
 mans.

Thebana

Alma sa-
pientia vi.

Thebana, facundique voce
Mercurij, fidibusque Phœbi:
Fida sed alma vi sapientie
Quæ Missa ab alto vicit vt hætenus,
Sic vincet, eternoque tandem
Omnia subijciet Parenti.

Populorum
triumpha-
trix.

Qui vos ministros quod sibi legerit,
Res gesta clamat, clamat & exitus
Spe maior, adductis opimo
Tam cito tot populis triumpho.
Quos ante nec dum nomine cognitos
Portare CHRISTI nunc dociles iugum
Miramur, ingenti re mixta
Letitia simul, & stupore.

Iesu No-
men Socio-
rum com-
plet pecto-
ra, & ex-
undat ab
ore.

Sed quid volenti non facile est Deo,
Deique Verbo, Virgineo satum
Quod ventre, prognatumque nostri
Credimus ad generis salutem?
Hic ille IESVS progenies Patri
Æquæua celo quod fuerat manens:
Humana sed de matre sumpsit
Membra, viam reserans Olympo.

Hic ille cuius nomen amabile
Ut vestra complet pectora, sic sacro
Prorumpit exundans ab ore,
Assidua coliturque laude.

Nec parua laudi gratia. Nam pijs
Aspirat Orsis Omnipotens Deus,
Firmatque quas res cumque Nati
Auspicio geritis secundo.

Societas,
Caluini,
Lutheri, &
aliorum He-
reticorum
domitrix.

Nec de receptis gloria Barbaris
Est maior illa quam domiti dabunt
Caluque Lutherique, & omnis
Collunies simul impiorum.

Fremant

*Fremant superbi, nec teneant minas,
Bellumque, caedesque, & rabiem parent,
Causamque, quam ius damnat equum
Vi vetitis tueantur armis.*

*Vos ista prudens simplicitas, bene
Morata se se nec leuis efferens,
Defendet insontes. At ipse
Se rabidus male perdet hostis.*

*Qui quo cruentus saeuierit magis
Plus iude damni comperiet, videns
Vicisse quos victos putarat
Et cineri superesse vires.*

*Et quo ma-
gis vexata,
eo victri-
cior.*

*Ita cecinit eleganter Antuerpiensis Antistes, vt refertur in Catalogo
Scriptorum Societatis, per Ribadeneiram, & Alegambe initio.*

60. *, A PETRO CARRANZA Episcopo Fluminis Argenti-
tini, siue Boni-aëris in Peruuio, ex Sacro Ordine Carmelitano in
Concione Beatif. S. Ignatii fol. mihi 9 col. 2. Vbi (inquit) Gens do-
ctior quam in Societate IESV? Quis Pater filios habuit sapi-
entiores, quam B. Ignatius? doctos in Cathedris, acutos ar-
gumentis, sapientes in pulpitis. Si filius sapiens lætificat Pa-
trem, vt diuina canunt oracula: tantus illorum numerus læ-
titia magna sanctum afficiant Ignatium necesse est, vt qui sunt
adeo docti, eâ charitate præditi, vita, & exemplo ita eximij,
ijque Operarij in vinea Dei, idque non in sola Hispania, toto-
que Orbe Christiano, sed ad barbaras gentes, longe diffitas
plagas, ac incognitas suorum filiorum doctrina penetrauit;
de quibus non incongruè, aut citra comparationem, aut æ-
qualitatem, quod de Christi discipulis Dauid, affirmare no-
bis licet: in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Vbi que
enim gentium doctrinæ Christianæ Scholæ, Congregatio-
nes, præceptiones, Conciones, ac expeditiones spirituales
Societatis IESV vigent. Hæc Religio illa Turris Dauid est
adeo celebris in Cantioorum libro, armis adeo instructa,
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Quæ

*Nulli e sui-
tis sapien-
tiores in ca-
thedris, &
in pulpitis.*

*Ij charitate
præditi vi-
ta, & ex-
plo eximij.*

*Ad longe
diffitas, &
incognitas
orbis plagas
penetrarunt.*

*Eorū varia
ministeria
ad hominū
salutem.
Pl. 18. 5.*

*Societas
Turris Da-
uidica, ar-
mis ad Ec-
clesia defen-
sionem, &
contra He-
reticos re-
ferta.*

Q

licet

Cant. 4.4. licet de Ecclesia dicta sint, Societati hodie accommodamus, quæ Turris est David armis ad Ecclesiæ Euangelijque defensionem referta, impios Hæreticos scientia, ac doctrina laceffendo. Ex hac Turri prodire armati duces, ac strenui fidei defensores; hinc celebres Salmerones, eruditi Bellarmini, docti Maldonati, ac insignes Toleti, & alij complures, quos referre operosum est. Hoc eius de Societate iudicium fideliter latine redditum.

Eius Institutum, munia, vitam, moresque laudantur.

61. A GISBERTO MASIO Episcopo Silueducensi, cui summa eloquentia Ciceronis Belgici cognomentum peperit: is quoties colloquijs priuatis, quoties publicis pro concione sermonibus, nostrum Institutum, munia, vitam, moresque ad ruborem Patrum, ad emulorum dolorem, deprædicauit? Quo die Ignatij in Beatorum album relati solemnia Societas celebrabat, ipse peracto splendido Sacrificio in Cathedram ascendens, ad pulcherrimam audientium coronam pro sua facundia ad eò magnificè de B. Patris, deque Sociorum laudibus verba fecit, ut impatiens tanti præconis inuidia nonnullos in ipsummet concitarit Antistitem, ausos de superiori loco carpere, quæ ille dixerat, argumentisque refellere: quibus mox facti penitentibus haud grauatè vir mitissimus condonauit iniuriam. Sic in Imag. 1. sec. Soc. fol. 884.

Quanti habita à Remigio Episcopo?

62. A REMIGIO DRUITIO Brugensium Episcopo, qui Societatem quanti faceret, non obscure prodidit, cum in summis Republicæ angustijs, negante Magistratu, parem se alendo Societatis Collegio, respondit, Se potius, quam Collegium Vrbe cessurum. Ita Ibidem.

Cognita in morte à Lamberto.

63. A MATHIA LAMBERTO, qui medius inter Rodouanium, Druitiumque insulas gessit, morti iam proximus, quando sublucente alterius vitæ radio clarius apparet rerum color, Sacerdotem nostrum ad sese euocauit, cui omnes antea vitæ noxas aperuit, perpetuamque Societati, quam adhuc male cognitam habuisse, fatebatur, eleemosinam donauit. Ibidem.

Et à Carolo Masio.

64. A CAROLO MASIO Gandauensi Episcopo, cui eadem ac Lamberti sub extrema vitæ tempora vox fuit, quæ dolentis animi sensura

sensum exprimebat, de tam sero cognita, amataque Societate. Idem & voto multis audientibus semet obstrinxit, Si ex morbo conualesceret, dotandæ in ea Vrbe Societatis. *Ibid.*

65. A FERD. MARTINEZ MASCAREÑAS Episcopo Al-garuiensi, qui singulari illo suo erga nos affectu, & existimatione, Societatem appellabat Parentem Optimam, è cuius sanctissimo Instituto tanquam ex Equo Troyano plures iam religione, literis, ac morum probitate Principes viri prodierunt. Ita ille in *Censura Tom. P. Suarij de Defensione fidei.*

Parent
Optima: è
cuius Insti-
tuto velut
ex Equo
Troyano,
religione, ac
literis prin-
cipes viri
prodierunt.

66. A PETRO ALOYSIO Episcopo Tricaricensi etiam Apo-
stolico Nuncio literis ad P. Drexelum datis 19. Aprilis ann. 1630.
Vetus (inquit inter alia) mihi cum Societatis IESV hominibus
consuetudo est, quam à puero cum literis, & moribus primis
hausi, ac semper colui, &c. Ita Tom. 1. Operum P. Drexelij in
principio. Idem Antistes literis alteris ad eundem: Glorior (in-
quit) me à pueris educatum fuisse disciplina Patrum Societa-
tis, vel ex eo capite, quod is Ordo viris eximijs abundet in
omni eruditionis laude, inter quos, &c. *Ibidem initio Eiusdem*
Tom. 1.

Societas
estimata.
Et viris in
omni eru-
ditione
eximijs
abundans.

67. * A IOANN. EMANVELE Episcopo Zamorensi, sic
Societatis, & sociorum innocentiam in Concilio Prouinciali Salman-
tino, propugnante. Ego (inquit) iurabo Reuerendissimi Patres
non assistere spiritum sanctum in hoc Concilio, siquidem in
illo intentatur tractari res adeo graues, & molestas aduersus
tam sanctam Religionem, & quæ tantum fecit fructum suo
Instituto, & exemplo in Ecclesia Dei. Ita Tom. 4. Vir. Illust.
Soc. in vit. P. Araoz cap. 1. §. 6. fol. 641.

Propugnata
eius inno-
centia in
Concilio
Salmanti-
no.

Fructus in
Ecclesia ex
eius Insti-
tuto &
exemplo.

68. A FRAN. DIOTALLENO Episcopo S. Angeli, Nuncio-
que Apostolico Polon. in Decreto quodam aduersus Monita priuata
dat. 14. Nouemb. ann. 1615. Cum insigni (inquit) labe rotius Ec-
clesiastici Ordinis, impio, & sacrilego conatu sit sparsus libel-
lus famosus contra Societatem IESV, Monita priuata eius-
dem Societatis falsò inscriptus, &c. Nos & pro singulari no-
stro affectu erga eundem Religiosum Ordinem de Catholica

Defensa
contra li-
bellarium.

Est Ordo de
Catholica
Religione
optimè me-
ritus.

Republica optime meritum, & vt bonæ famæ (quæ plurimum ad propagandum diuinæ maiestatis cultum vbique valet) status Ecclesiastici vniuersi prospiciamus, &c. Ita apud *Aules in Defensorio Soc. contra Spinum n. 288.*

Iterum defensa contra maledicum.

69. * A CAMILO CAETANO Nuncio etiam Apostolico in Regnis Hispaniæ, qui Religiosum quemdam de Societate male loquentem perpetuæ reclusioni condemnauit, & inter alia sententiæ verba, hæc nimis honorifica protulit. Hoc (dicebat) non quia iudicemus illum malam doctrinam prædicasse, quia de hoc cognoscere ad hoc Tribunal non pertinet, sed quia sine ratione, nec causa aliqua de dictis Patribus Societatis tantum bonum Christianæ Reipublicæ inferentibus, ac de Religione adeo insigni & vtili diuino seruitio, & Ecclesiæ sanctæ, detraxit, bonamque opinionem, ac exultationem, quam populus iuste de illis habet, læsit, &c. Ita apud citat. *Aules n. 413. ex Ribaden. in Hist. Prouin. Hispan. lib. 7. cap. 4.*

Religio insignis & vtilis Ecclesiæ Sanctæ.

Ignatius Luthero oppositus.

70. AB HIERON. BAPT. DE LA NVZA ex Sacro Prædicatorum Ordine, Episcopo Barbastrensi: Anno ipso (inquit) teste Genebrardo, quo Lutherus aduersus Ecclesiam Sacramentorum vsum & præcipue aduersus Sedem Apostolicam, & Romanum Pontificem suis hæresibus bellum indixit, prouidit Deus gloriosum Patrem Ignatium de Loyola, qui primo ab Apostolo Petro, deinde à cælorum Imperatrice visitatus, initium dedit foundationi instituti Sacri Societatis IESV, quæ vna est ex florentibus Religionibus, quas habet, & habuit Ecclesia, in speciali cura persuadendi Sacramentorum vsum, & in Sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis auctoritate tuenda. Sic ille Tom. 3. *suarum Homil. super Euang. hom. 43. num. 13.*

Societas vna ex florentibus, Religionibus, quas habet Ecclesia:

In Sacramentorum vsum suadendo, & Pontificis auctoritate tuenda.

71. * A LAVR. HVRTADO DE MENDOZA Episcopo Ianuariensi in Brasilia, in Approbat. *Theauri linguæ Paraquariæ Matrini typis editi, ann. 1639. per P. Antonium Ruiz, ubi ille Paraquariensis nostræ Societatis labores, feruorem, ac zelum erga Indorum conuersionem pulcherrimo penicillo depingit his verbis:*

Testor

Testor hac Guaranacia Lingua illos (*Patres scilicet nostros*) suo magno zelo, multis, ac non vulgaribus laboribus, maximum in infidelibus ad diuinum obsequium conuertendis fructum ferre: quos non solum è barbaris suis moribus ad fidem nostram traducunt, sed etiam ad vitæ politicæ mores, magno diuini simul, ac Regij obsequij emolumento, cum illa gens non perinde ac Peruana aliæque in India, eiusmodi sit, à quibus alia sperari commoda possint, aliæue præter eas, quas dixi, diuitiæ. Atque vtinam Prælati, qui hic in Brasilia tam prope à Paraquaria, atque Argenteo Flumine absumus, ita nostris in Diocesisibus eiusmodi spiritum, zelum, ac fructum experiremur. *Sic ille ibi. Et in Approbat. libri Conuersionis spiritualis Paraquariae ex Eodem P. Antonio Ruiz typis ibidem mandati, non potuit idem benignissimus Præsul calamum temperare. Affirmo (inquit) non solum nihil contineri, quod à bonis moribus, ac fidei nostræ veritate alienum sit, sed aliquando apparere quæ Deus in conuertendis, & ad Ecclesiæ Sanctitatem reducendis illis Prouincijs, ac tot hominibus plusquam barbaris, Idololatri, Religiosorum Societatis zelo, ac labore perfecit. Idque cum toto hoc libro manifestum fiat, tum præsertim §. 34. Quæ omnia dictis Religiosis debentur, qui in ijs regionibus Viridarium florum cælestium construxerunt nouamque ac primitiuam Ecclesiam, quam infernalis lupus tot modis vastare conatus est, ac magna ex parte vastauit, coactis illis populis patrio solo abire, ac fugere, iuxta illud, Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Plurimarum ergo rerum ex illis, ac præcipuè fructus tot animarum, ac gloriæ Dei, quod Reductiones illæ, meæ Diocesi conterminæ sint, idoneus esse testis possum. Itaque is solum cui ignotum non est, quantum hoc sit, quæ res gestæ sint, quæ ibi rerum penuria, quæ Indorum ferocitas, quos ij religiosi in immensis illarum terrarum spatijs, tot inter deserta loca, per montium iuga, ac nemorum latebras inuestigandis, ac cogendis humanis illis*

Magnus Sociorum zelus, & labor in Infidelibus Paraquaria conuertendis,

Eorum fructus.

Viridarium florum cælestium in his regionibus construxere:

Nouamque, ac primitiuam Ecclesiam. Pl. 79. 14. Sociorum laboribus, ac sudore Fundatam.

belluis mutua se cæde saginantibus, vbi nulla neque auri, argentiue emolumenta, nec alia commoda, quemadmodum in reliqua India, subire solent, is solum æquus insignium illorum facinorum, quæ hic referuntur, æstimator esse possit. Itaque illi Prouinciæ, sine aliarum iniuria, illo licebit vti, plus omnibus laboraui. Hoc tanti Præsulis iudicium de huius nostræ Paraquaria Socijs: quid iam illis falsa obtreçantium inimicorum iudicia nocere poterunt? quid fabule? quid figmenta?

In Para-
quaria Pro-
uincia plus
omnibus
laboraui.
1. Cor. 15.
10.

72. A PAVLO ARESIO Episcopo Tortonenſi è sacra Regularium Clericorum Familia in serm. de tribus Martyribus Iaponiæ à sol. mihi 12. vbi miris Elogijs Ordinem nostrum commendat, quæ fideliter latine traducta sic se habent. Societas (inquit) IESV est veluti quoddam Viridarium omni fructuum vbertate, ac florum venustate conspicuum, cuius præconia, laudesque ipsius Familiæ alumni eloquentia exculti tantummodo celebrare valerent, nisi innata ipsorum modestia eruditissimis linguis fræna conijceret. Verum ipse sese prodit tanti viridarij, fragrans odor, fructuumque suauitas. Et quænam Orbis terrarum plaga vtrumque non percipit? vbi nam non diffunditur suorum exemplorum maturitas, suorum verborum tanquam florum suauitas, & pulchritudo? ô Viridarium pulcherrimum, & vberimum, in quo vnum plantarum genus, non vna Viridantium, ac suaueolentium herbarum species insita vegetat: sed quidquid pulchrum, quidquid optimum alibi cum laude florere cernitur, id omne in huius Horti areolis consitum, tum oculorum voluptate, tum diuinæ maiestatis præconio cernimus. Hic Eremitarum mores Vernant sanctissimi; hic Mendicantium viget beata pauperies; hic Prædicantium ignitus animarum zelus adolescit; hic Monachorum semper compressa voluntas exurgit, ac crescit; hic Doctorum omnigenæ sapientiæ manat perennitas. Et si è Viridarijs quasi è penu non tantum ad vitæ sustentationem necessaria carpimus, verum etiam oculorum delicias, varia vel herbarum, vel florum, vel plantarum capimus

Societas
Viridarium
est omni
florum, ac
fructuum
vbertate
cōspicuum.
Cuius odor
per totum
Orbem dif-
funditur.

In quo Ere-
mitarum,
mores, Mē-
dicantium
pauperias,
Prædican-
tium zelus,
Doctorum
sapientia
vernant.

capimus oblectamenta, pari ratione in hoc florentissimo Societatis Hortulo, non tantum præceptorum iussa completio, verum etiam spiritualium exercitiorum veræ animorum delitiæ vigent. Hortus, vt aliquibus placet, ab eo nomen sortitus videtur, quod in illo semper aliquid oriatur. In hoc amænissimo Societatis IESV Horto, quot, quantaque virtutum incrementa in dies pullulant, & adolefcunt? Mirandi tantorum operum fructus, imitanda exemplorum varietas, procera sanctissimorum Virorum quasi plantarum series, medicinalium ad curandos animi morbos doctrinarum folia semper Virentia, nec non ad omnes Orbis terrarum tractus extenios cernimus tantarum plantarum ramos ad captanda in sacris excursionibus animarum lucra, ad implenda cæli horrea tanta fruge, tanta segete Prædestinatorum. Quapropter, ni fallor, optime de hoc Horto dictum assero illud Cantic. 4. Hortus conclusus, Fons signatus, emissiones tuæ Paradisus. Cur te non conclusum appellem Hortum, Paradisum, ac delicias Christi Domini? quem exactissimè sacrarum legum tuarum observatio vndique claudit, vndique sepit, ac munit ad arcendos Cocytiarum bestiarum incurfus? Fons ille vero scientiarum ac doctrinarum tuarum iure signatus asseritur, cui nunquam non adstipulatur sacræ paginæ auctoritas, & testimonia. Vnde omnis illi firmitas, tutamen ac veritas accersitur, cuius deductis in omnem regionem riuis, & exulta irrigantur Christianorum arua, & squalentia fecundantur teliqua Paganorum. Nec desiderabile hic vitæ Lignum, vbi IESVS vitæ scatebra, vitæ radix suo Nomine Familiam hanc insigniuit, ditauit, ac munijt. *Hæc ille quàm pereleganter, & honorificè.*

73. * A GASPARE de VILLAROEL Archiep. Charchensi in Peruuio, Augustiniano, ac Scriptore doctissimo. *Is in Concione Canonizat. S. Ignatij sol. 6. Literis (inquit) est adeo instructa*

Societas, vt si Theologia interiret, in ea reperiri posset: vbi omnes eruditi, prudentes omnes, periti; nullus non doctus.

Concio-

Hortus est amænissimus virtutum incrementis, Operum fructibus, & exemplis ornatus.

In quo procera sanctissimorum virorum planta exurgunt,

Quorum folia ad sanitatem gentium & rami ad animarum lucra.

Cant. 4. 12

Hortus conclusus sacrarum legum observatione.

Fons scientiarum sacræ paginæ auctoritate signatus.

Cant. 4. 12

Paradisus dilitiarum Christi, cuius lignum vitæ IESVS

Gen. 2. 9.

Societas quam fit instructa litteris.

Habet Con-
cionatores
præstantes,
homines
doctrina
eximios.

Eius Oratio
frequens:

Et man-
suetudo.

Aliena ab
inferendis
iniurijs.

Eius sobo-
les Cruci
mortifica-
tionis af-
fixa.

Societas
est Calum-
norum.

Cuius inco-
la castitate
Angeli, ac
Seraphini.

illa iuuen-
utem, ru-
des Indos
ac barbaros
Æthiopes
excolit.

Innumeri
eius labores
in hoc mi-
nisterio.

Omnes cõ-
pletitur, ut
omnes lu-
cri faciat.

Concionatores (*ait fol. 7.*) adeo præstantes in Societate, homines doctrina ita eximij vndenam? unde doctrina tam multiplex? tanta in docendo peritia, unde hauriri potest? ex Oratione, ita certè. Oratio tam frequens, meditationis studium, contemplationis diuinarum rerum exercitium, quod in Societate viget, quid aliud, quam reuera disciplinas tradere? ac supremo huic præceptori operam dare? *Quæ (subdit fol. 8.)* in corrigendis erratis Societatis mansuetudo? leueritas in flectendis quàm mira! ab inferendis ignominijs quàm aliena! in præcauendis periculis quàm prouida! Nec ijs, quos euomere cogitur infamiae notam vellet inuri. Quibus rebus (*ait fol. 10.*) ô sanctissima Societas tuos homines non exerces? quibus non experiris? quibus non mortificas? nemo est in te, qui non Cruci videatur affixus. Vestitus vilitas, nulla calceamentorum elegancia, nullus cubiculorum Ornatus, communis literatorum, atque illiteratorum victus, quid aliud est, quam tuam sobolem Cruci perpetuò affixam habere? Gloriosissimus (*addit fol. 12.*) Ignatius noui cuiusdam Cæli conditor illustris, cuius incolæ castitate Angeli sunt, cælestem puritatem suam, & Angelicam castitatem, tanquam propriam suis reliquit filijs Ignatius: è cælesti videntur materia conditi: Seraphini quidam sunt: in quouis puero, qui per plateas, & compita vobis occurrit, totius Ordinis huius laus sine maculæ discrimine enitescit. *Et fol. 14. concludit.* Id vero mirum magis in Societate cum Eam laborare Video in ingrata iuuentutis moribus excolendis, in rudibus Indis formandis, barbaris Æthiopibus erudiendis, superatis montium iugis, calcatis niuibus, desertis ac remotissimis locis peragratis, magno sibi honore, errantem misellum, ac inter laxa, ac rupes desertum, ipsisque rupibus, ac faxis magis saxeam Indum conquirere. Nec tamen miror hanc animorum magnitudinem, qui omnes omnino, siue pueros, siue viros, siue senes, doctos iuxta ac rudes, vinctos, ægros, improbos quosque complectuntur, sed illud fieri omnia, omnibus, ut omnes Christo
lucris

lucris faciant: illam sui moris negligentiam, vt suum morem perfectius teneant, solitudinem sibi familiarem deserere, vt eos cum quibus agunt, meliores reddant. Hic vero summus amor est. *Hec ille latinè fideliter traducta.*

* AB EODEM: *In Censura Tom. 2. Sapientis Christiani* per P. Franc. Aguado: Hos (inquit) Societatis Patres contem-
templor totam terram operientes eâ formâ, qua de Apibus dixit Poëta: It nigrum campis agmen: Harum apum exercitiis nigricant campi: eorum examina Germania vidit, Flandria, omnesque deturpatæ Nationes, earum aculeos trepidante semper hæreli. *Vel vt Hispanè dixit eleganter Antistes, Temblando de sus aguijones siempre la Eregia.*

AB EODEM: *Qui in Commentarijs super Iudices in Indice Euangeliorum pro Sacris Concionibus, Mense Iulij in festo S. Ignatij Parentis nostri sanctissimi, Certe (inquit) huius Angelicæ Societatis homines sunt strenui pro Religione milites, qui innumeras reportarunt victorias. Neque est cur eas ceteri inuideant illis, sed proprias per charitatem faciant, vt contigit Gregorio Magno, qui vincere se dicebat, cum Recarædus victorias reportabat. Certe Nomen IESV huius Religionis insigne, omnes hostium cuneos territat, facileque proster- nit. Noluit enim Ignatius se huius Militiæ Ducem dicitare, & ideo illius exercitus fiunt hostibus admodum formidabiles. Missiones huic Religioni consuetæ, summa Religiosorum mortificatio, nam peregrinari durissimum. Hec ibi doctissimus Antistes.*

AB EODEM: Sancta (inquit) Societas mea commendatione non indiget, quæ Seminarium est Sanctitatis, & toto terrarum Orbe bene habita: in qua incomparabilium virtutum ingens virorum numerus: & qui cum ea lites habet, cum sexaginta millibus hominibus litigat: qui omnes vnione, & conformitate vnicus homo est, viribus autem sexaginta millia. *Ita ille in Epist. ad Episcop. Paraquariens. D. Bernard.*

R

Eius filij apum examina.

Quorum aculeos hæresis trepidat.

Strenui pro religione milites, innumeras reportantes victorias.

Iesu Nomen Societatis insigne hostium cuneos territans.

Ideo fit exercitus hostibus formidabilis.

Eius Missiones laudantur.

Societas sanctitatis seminarium.

In ea in res incomparabilium virtutum & virorum numerus.

Eius filij viribus multi, vnione vnicus homo.

de Cardenas, que habetur in 1. Par. sui Regiminis Ecclesiastici Pacifici. quest. 1. art. 12. fol. mihi 163.

Societas ex fide, ac zelo in animarum conuersione laudata. 74. * A MELCH. MALDONATO, ET SAAVEDRA

Episcopo Tucumanensi, Augustiniano, eximioque uerbi diuini Ecclesiaste, qui in Epist. exhortatoria ad P. Didacum de Boroa Societatis nostre Prouincialem in Congregatione Cordubæ Tucumano-

rum, sic in huius Prouinciæ commendationem, aureo, ut solet, calamo scribit. Cum adeo, inquit, nobis probata sit SOCIETATIS fides, ac zelus, quo honori Dei, ac animarum conuersioni studet, nec minus compertum nobis sit, quam operam Ecclesiæ in hac Diocesi hic Ordo Prædecessorum meorum tempore nauauerit, suam illis opem, ac labores cum Mis-

sionibus, cum Infidelibus ad Christum adducendis conferendo, ac vniuersim per Vrbes omnes quouis tempore, diu,

noctuque cuilibet hominum generi ad animarum commodum inuigilando, Nosque ipso nostro etiam tempore experti sumus, ac suam præterea Paternitas Vestra nobis fidem obstrinxerit, hæc Christianæ pietatis officia in posterum non intermittenda, eam Regis, seu istarum Ecclesiarum Patroni, ac ipsius diuini Numinis, seu omnium com-

munis Domini, cui soli dignis illa præmijs afficiendi facultas sit, ac nostro etiam nomine hortamur, hoc Deo, & Ecclesiæ suæ obsequium præstare velit, &c. Ita apud Hist. Con-

uersionis spiritualis Paraquariæ, auctore P. Ant. Ruiz de Montoya S. 78. fol. 96. Et ibidem S. 79. fol. 97. litteris ad Regem nostrum Philip. IV. subiungit. SOCIETAS IESV est quæ verè Maiestatis Vestræ, ac Episcopi conscientias exonerat: quia in Urbibus die ac nocte ad rudium institutionem, ac ægrotorum, præsertim vero Indorum ac Æthiopum expiandos animos, insigni charitatis, ac religiosæ vitæ exemplo incumbit.

Episcopo-ram, ac Regis conscientias exonerans. Insigni exemplo incumbens in rudium institutionem & præcipue Indorū, ac Æthiopum,

Litera in Societatis defensionem. * AB EODEM; In responsione ad Epistolam D. Fr. Bernardini de Cardenas Episcopi Paraquariæ. Ad duo puncta, inquit, quæ assert Epistola Vestræ Dominationis Illustriss. mihi est respondendum. Primum est vestræ Illustrissimæ ex Prouin-

cia

cia Paraquaria Episcopatu suo expulsio, vbi dicit me, Vicariumque meum, publica præconis voce declaratos fuisse suspensos, seu Pontificia administratione interdictos. Secundum punctum est, Tumultuum illorum causam fuisse SOCIETATEM IESV, quam ad reformandos Episcopos institutam esse affirmarunt, & alia quæ sapiunt hæresim, aut certè sunt hæretica. Ad Primum respondeo, tantam ventorum insaniam, huc inde perflauisse, vt ad plurimorum aures per-tulerit, non quidem bonum, nescio tamen ego an verum. At quod eorum causa fuit SOCIETAS IESV, & factus tam horrendos pepererit, credo id me legere in litteris Vestræ Ill^{mæ}. & credo etiam quod in Epistola Domini Francisci Lupertij Prouincialis SOCIETATIS IESV perlegi, quam penes me habeo, & est breuis narratio, modestissima, & summæ reuerentiæ & venerationis erga Vestram Ill^{mam}. absque vlla criminatione, vel querela, imò absque vel minimo indicio alicuius actionis Vestræ Ill^{mæ}. Epistolam Epistolæ contuli & inueni in Epistola P. Prouincialis modestiam, & prudentiam viri nobilissimi, & Religiosi è SOCIETATE: cuius Domine mi, neque Vestra Ill^{mæ}. neque ego possumus inficiari, nos fuisse discipulos, & edoctos ab ea multum boni: Inueni autem in Epistola Vestræ Ill^{mæ}. quod aures præbuerit sinisteris relationibus, quas in illa regione fieri arbitror contra meliores: credat Vestra Dominatio Ill^{mæ}. Dæmonem non nisi aduersum se præliantes, illic arma capeffere, & bella mouere. Si fecit ibi SOCIETAS, vt ego, Vicariusque meus suspen-si promulgaremur, tantum apud me valent actiones istius Religionis in ijs quæ spectant ad diuinum obsequium, & adeo mihi perspectus est zelus illius, vt si fecerit, factum oportuit; sin autem, non oportuit, credat Vestra Dominatio, SOCIETATEM id non fecisse. Domine mi, defensione nostra non indiget Vestra Ill^{mæ}. SOCIETATEM debeo defendere, quia quid sit SOCIETAS IESV noui à puero, sicut & Vestra Dominatio, & ambo debemus tueri iustitiam illius

Eius actiones, ac zelus commendantur.

*Persequi-
tur Para-
guaria,
eum hono-
ratur Ro-
ma. in Gal-
lia, &c.*

*Plena vo-
luminibus
pro fide,
& contra
hæresim.*

*Referta
Martyri-
bus.*

*Eius silen-
tium in op-
probrijs, &
contume-
lijs.*

communitatis, quæ dum in Paraquaria persecutionem pati-
tur, Romæ filij & fratres Regum, & Limæ Episcopi eam
quærun, quorum alter Regna sua, alter Episcopatum relin-
quit, ut in eius claustris saluetur: Ecclesia vero Lugonem ex
ea ad Purpuratorum Patrum dignitatem Eminentissimam
euehit, cuius opera utatur in rebus maximi ponderis, atque
momenti. Rex Galliæ inter brachia Societatis emoritur: ip-
samet Ecclesia Brachium suum Dextrum eam nominat: Bi-
bliothecæ totius Orbis non capiunt eius volumina pro de-
fensione fidei Catholicæ, & contra hæresim composita: heri
exorta est ista Religio, & hodie referta est Martyribus, quo-
rum nullus passus est ut Hæreticus, &c. Ad punctum hære-
seos respondeat Vestra Dominatio Ill^{ma}. homini qui talia
refert, mentiris; arripiat flagellum, eum de Templo proi-
ciat, exturbet, & eliminet ab aula sua, & tandem ab huius-
modi nebulonibus conquiescet, &c. Domine, vnum est
notatu dignissimum, quod in omnibus istis Regnis, non di-
citur de Societate IESV, quod in Paraquaria sese insinuet, &
inferat in domos feminarum, & eas sollicitet, neque similia,
quæ ad mores pertinent, ad nos perferuntur, quæ quidem
cum sint humanæ naturæ ingenta, creditu faciliora forent:
verum permisit Deus ea confingi, & adscribi viris Dei, quæ
suapte naturâ sunt improbabilia, ab humana fide longe alie-
na, & quæ quamuis illi conticeant, suomet horrore refellun-
tur: magna tamen iniuria illata est eis, Hæreticos eos appel-
lando, & cetera commentitia, & vero dissona eis imputan-
do, sed & præclaram admodum defensionem præferunt,
silentium suum in tantis opprobrijs, & contumelijs, imo ho-
norifice & reuerenter loqui de Vestra Dominatione Ill^{ma}. &
de nullo querelas agere, à quo atrociter mordeantur, &c.
Hucusque Epist. tanti Prælati quæ (sicut alia fideliter latinè tra-
ductæ) refertur in Memoriali ad Philip. IV. Matrini typis manda-
to per P. Iulian. de Pedraza ann. 1657. pro Prouin. Paraquaria So-
cietatis fol. mibi 18. Cuius innocentia propugnaculum firmissimum

vel hac sola Antistitis Tucumanensis Epistola vere aurea, esse potest.

75. AB AMBROSIO VIOLA Episcopo Laquedonensi ex Ordine Predicatorum in Approbat. libri P. Sfortie Palauisni (iam Cardinalis meritisissimi) cui Titulus est, Vindicationes Societatis, sic ait: Ad omnem securitatem arcem construit munitissimam, atque sanctam IESV Societatem vineam Domini electam sepe ita circumdat, vt iam amplius serpere insidiantes minime valeant: & quod maius est legentes mirifice allicit, rapitque; fateor (sic me experiente) mira suauitate in Societatis dilectionem cogit.

Ars munitissima, ac vinea Domini electa.
Ier. 2. 21.

76. A THODORO Episcopo Paderbonensi, qui cum Vniuersitatem in sua Diocesi fundasset, eamque Societati traderet, dixisse fertur, Se affectu, zeloque boni publici, qua religione, qua sapientia procurandi, propagandique, Religioni quidem Templum, sapientia vero Gymnasium Academicum, Collegium vero Patribus Societatis IESV, tanquam fides vtriusque thesauri dispensatoribus aeternum consecrasset. Ita in Panegyrico, quem Archiducalis Academia Molshensis Leopoldo Archiduci Austria, eius Fundatori dicauit lib. 4. c. 6. fol 253.

Eius filij vtriusque Thesauri religionis ac sapientia fidei dispensatores.

77. A IULIO SPINOLA Sedis Apostolica Neapolitano Nuncio, qui peste ibi ingruente, hanc Epistolam 4. Septemb. ann. 1656. Italice dedit ad Gosvynum Nikel Societatis Praepositum Generalem. Quemadmodum (inquit ille) animo concepi semper, quod vnum e maioribus, magisque conspicuis, quae habet Dei Ecclesia, ornamentis sit Societas IESV, ita infinite sum gauisus, cum vndique personare audirem applausus, quibus est celebrata, quod in hisce, quas haec Vrbs perpeffa est, calamitatibus operam suam plane singularem, ac praecellentem exhibuerit in exercitatione facinorum vere ac flagrantissimae charitatis. Ita apud P. Ioan. Nadafi in Heroibus, & victimis charitatis Societatis fol 546. Vbi ille subdit super sedeo alijs adscribendis, quae istuc laude alios supergressa testatur singularis magni illius Praefatus erga Societatem propensio, & elegans calamus egregia erga nos

Societas vnum ex maioribus, magisque conspicuis ornamentis, quae habet Ecclesia.

Eius opera singularis, ac praecellens in exercitatione vera, ac flagrantissimae charitatis.

voluntatis interpret Nam ea tametsi auctoritatem habeant à manu illa, calamoque profecta; cum tamen tanta sint, ut ea per modestiam referre nobis non liceat, malim nos eam eius laudem potius mereri, quam scribere.

Principis
Ernesti
noui Anti-
stis Leodien-
sis in
Societatem
fauor.

78. AB ERNESTO Guilielmi Bauariæ Ducis fratre, is Leodien-
sis Pastor, ac Princeps creatus, tam præclara Sociorum, qui ad-
huc Leodij egerant, opinione imbutus, ut hæc ipsa verba ad Genera-
lem Claudium scripserit, Cum autem Vestræ Societatis Patres
in dicta nostra Ciuitate concionibus, & Sacramentorum ad-
ministracione ab eo, quo ibi cœperunt esse tempore, talem
in Catholica Ecclesia, & religione profectum per Dei gra-
tiam fecerint, ut omnibus alijs circumuicinis Prouincijs Bel-
gicis in hæresim, & seditiones varias lapsis, sola Ecclesia, &
patria Leodien-
sis religionem Catholicam retineat, nullisque hæreticis locum concedat, omnem adhibere operam tene-
mur, & desideramus ut id sit perpetuum; Patres vestri tanti
boni auctores nullam vnquam è nostra ciuitate, & Prouincia
recedendi occasionem habeant, sed ipsis de Ecclesia, & loco
professioni ipsorum maxime idoneo, doteque sufficienti pro-
uideatur. *Hactenus ille; qui urgente Leuino Torrentio insigni viro
pietate, ac literis Collegium absoluit. Ita Par. 5. Hist. Soc. Tom. 1.
lib. 1. n. 180.*

Is Colle-
gium ab-
soluit, à
Card. Ge-
rardo in-
choatum.

Aduentus
Societatis
frustra ex-
positur in
Mexicum.

79. A VASCO DE QUIROGA Episcopo Mechoacanensi
in Regno Mexicano: Is, perlata illuc fortè primâ famâ confirmatæ
per Sedem Apostolicam Societatis IESV, institit vehementer, missis
etiam ad hoc in Hispaniam vno è suis familiaribus, lecto venerando-
que Sacerdote, ut aliquot è socijs ad se mitterentur, quod vbi tum
impetrari non potuit, ad reuersum infecta re Canonicum Pius Anti-
stes, Spiritu sancto Auctore, ut viri Sanctitas, & euentuum fides
probat, hæc ipsa verba protulit: Nunc quidem digni non fuimus:
sed erit tempus quando huc quoque SOCIETAS IESV veniet
ingenti harum gentium bono. *Mortuo deinde optimo Præsule
cum esset auditum ab eius Canonicis de aduentu nostrorum in Mexi-
cum, ijs missa statim legatione Pascuariam accitis, ædes ipsa sacra, in
qua,*

Predictus
tamen est
ingenti il-
larum gen-
tium bono.

qua Vasus rem sacram egerat, ubique sepultus erat, cum adiun-
 eta domo, quam inhabitauerat, nostris est tradita. Ita Ibid. lib. 5.
 num. 208.

80. A PHILIPPO SEGA Apostolico Nuncio: qui aduer-
 sus morum, & opinionum monstra, nil prius curandum censebat,
 quam ut talia per Germaniam propugnacula (nempe Societatis Col-
 legia) passim disponderentur. Hancque vnā offerri maxime expedi-
 tam, & efficacem remedij viam. Quippe cum (aiebat) & recta
 vita, & casta doctrina esset necessaria, vtramque Dei gratia
 laudem in Societate constare, vt nihil magis terreret Hæresi-
 archas, seu confirmaret Catholicos, seu populos per simpli-
 citatem captos explicaret. Quare videri (subiungebat) diuini-
 tus ad conseruandam religionem & expugnandam impie-
 tatem genitam prouectamque, & roboratam hanc aciem.
 Sic Ibid. lib. 6. n. 46.

81. * A IOSEPHO GONÇALEZ Episcopo Palentino, Co-
 mite de Pernia ex Ill^{mo}. Prædicatorum Ordine ser. in Canoniz. S. Ig-
 natij Vallis. typis edito ann. 1622. ubi probat IESV Societatem in
 Muliere illa Apocaliptica amicta sole, ac stellis coronata, figuratam,
 & sic eleganter discurret à fol. 4. Vestis (inquit) Symbolum pro-
 tectionis est: sol Christus Malach. 4. Orietur vobis timentibus
 nomen meum sol Iustitiæ. Societas ergo, IESV sole ve-
 stitur, quia sub eius protectione, & vmbra tegitur, ac proteg-
 tur: quam protectionem Ignatio fundatori Romam eunti
 promisit idem IESVS Crucem baiulans, sic alloquens, Ego
 vobis Romæ propitius ero. Lunam sub pedibus Societas ha-
 bet, quia omnem mutabilitatem calcet: semper vna, ac sibi
 constans Societas est, quæ non sicut luna mutatur. Et in Ca-
 pite eius Corona stellarum duodecim, quia filijs vere Apo-
 stolicis tanquam stellis fulgentissimis coronatur, secundum
 illud Dan. 12. Qui ad Iustitiam erudiunt multos, fulgebunt
 sicut stellæ, &c. Erat habens in vtero Mulier illa: Felices par-
 tus huius Religionis demonstrat, de qua dixerim quod de
 sponso sponsum Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici. ò

Iudicium
 de Collegijs
 Societatis
 honorifi-
 cum.

illa, Acies
 est diuini-
 tus missa,
 ad conser-
 uandam re-
 ligionem,
 & expug-
 nandā im-
 pietatem.

Et quæ in
 Muliere
 Apocalyp-
 tica figu-
 ratur.
 Apoc. 12.
 2.
 IESV Sole
 vestita.
 Malac. 4. 2.
 Lunam ha-
 bet sub pe-
 dibus. omnē
 mutabilita-
 tem calcās.
 Filijs tan-
 quam ful-
 gentissimis
 stellis co-
 ronatur.
 Dan. 12. 3.
 Apoc. 12. 2.
 Eius par-
 tus quam
 felices.
 Cant. 7. 2.

felix Mulier Societas! quæ tantam Sanctorum multitudinem tuis claudis visceribus, alij iam nati sunt, nascituri alij, semente adeo fecunda, vt Ignatio gratulari possemus verbis ipsis, quæ vnus ex amicis Iobo dixit. Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua sicut herba terræ, & ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Tandem. Cruciabatur, vt pareret. Sic Societas, cui bene conuenit locus ille eiusdem Iobi cap. 39. Nunquid parturientes ceruas obseruasti? dinumerasti menses conceptus earum; incuruantur ad fetum, & rugitum emittunt. Et vt de Cerua obseruat Plin. lib. 8. c. 32. apertum cum serpentibus bellum gerit, quos è suis speluncis vel sola respiratione trahit. Hæc Cerua Societas est, quæ cum Hæreticorum serpentibus semper belligerat: & quo tempore Lutherana peltis per Germaniam grassatur, nata in Hispania hæc Religio est, vt antidotum contra ipsam & Hæreticos, quos diris illa pressa doloribus Ecclesiæ parit. *Hactenus inter alia multa Præsul Illustrissimus.*

In quibus ceruam æmulatur: & in aperto bello cum Hæreticorum serpentibus.

Quos diris pressa doloribus Ecclesiæ parit.

CLASSIS V.

AB INQUISITORIBVS.

I. * **A** SUPREMIS CASTELLÆ Ex decreto eorundem sacra fidei Quæstorum in vniuerso Hispaniarum Regis Imperio, cum igni publico in foro damnati fuissent Satyrici, quos in Societatem IESV ac eius Institutum, & viros effuderant Mag. Franciscus Roales alijque anonymi typis, sed incertis, presso locorum ac Auctorum simul nomine dati libelli, ac ad id re præstandum dies in dicta: vbi ea affulsit, & quidem Apostolorum Principibus sacra 29. Iun. 1634. prono ad Occasum iam sole, solemnibus equitatus instructus ex more precedente non sine maximo circumquaque strepentium tubarum ac tympanorum clangore eiusdem senatus vexillo, deducebant quadrupedem purpureo oloserico insulatam, arcaque onustam sat magna, flammulis in gyrum depictis infecta, vbi spurca illa nequissimorum librorum deliramenta conclusa. Itum per frequentissimas Matritane Aula vias, effudentibus sese ad spectandum vndeque confertim populis, usque dum ad indictum in foro primario locum, vbi iam Babylonica dixerim fornacis emula flamma succensa, ventum est, vt ibi consisteretur. Tunc demum idem quod dum initium pompæ factum fuerat præconis voce relectum Senatus Decretum, seu minus in hæc verba, in hæc omnino sententiam. Notum sit omnibus, quod cum per hos dies sacro Quæstorum Senatui innotuerit ab impostoribus, licet plerisque anonymis in lucem editos, sed flâmis deuotos famulos in Societatem IESV libellos omni imposturarum genere suffarcinatos, quibus Ordo Religiosissimus, eiusque Institutum falso carpitur, ac si politici, nec pij regiminis iura condiceret, in piorum perniciem edocenda, leges sanciret tam Religioso Ordine, imo Christiano quouis homine indignas, ideoque cum ipsis Religiosis in ordinem redigendas, idque præstitum ab eiusmodi veteratoribus, qui vespertilionum more in ipsa luce cæcutiunt, vt tanti

Ordo religiosissimus: cuius claritas ob nubi nequit sine Cath. Ecclesiæ detrimento.

Ordinis claritatem obnubant, eique plausum, quo hactenus eius viri excepti, adimant, & euertant non sine Catholica Ecclesia, cui diuino obsequentes Numini Societatis viri praesto semper adsunt, & adfuerunt hactenus detrimento. Cum ijdem Quæsitores pœnas ex ignotis, aut profugis Auctoribus reposcere nequaquam possint, eosdem censuerunt in suis eorum scriptis luculentius puniendos. Quamobrem septimo Idus Martias mandauit pleno senatus consulto, hoc anno publicis addictos flammis carnifice eos in ignem mittente comburi libellos, quibus singulares, & secretas admonitiones &c. Item Auifos secretos alios bien entendidos, &c. Demum Magistri Francisci Roales, &c. Tituli, & inscriptiones appositæ, vt qui calumniarum, mendatorumque plenissimi, contra Ordinem, virosque omni Sanctitate conspicuos, ac de Christiana Republica benemerentes, cui toti perpetuis perennibusque in dies singulos obsequiorum incrementis insistent: quod vt omnibus innotescat, præconis voce præcipitur nunciari. *Vix præco hæc absoluit in foro non procul à flamma succensa cum Carnifex arcam deponit, aperit, & libellos omnes, ac demum arcam ipsam flammis commendat; nec enim aliam commendationem emerita eiusmodi Catholicorum (si tamen reipsa quisquam eorum Catholicus) calamorum inquinamenta. Pompea, inde ad D. Thomæ Aquinatis eadem eodem processit ordine, ibique reposito vexillo, ad sua quisque reuersus, Societate luculentissime ab impostorum calumnijs vindicata. Hoc summatim sacrorum Quæsitorem Decretum ex Hispano idiomate latinè redditum, & Martii publicatum die 29. Iun. ann. 1634.*

Viros habet omni Sanctitate conspicuos: ac de Christiana Republica benemerentes.

Defensa contra maledicos.

Eius Institutum Apost. Sedi acceptissimum: Ecclesia laudatissimum.

2. * AB HISPALENSIBVS: *Qui Vulgato Edicto quæcumque ad Societatis IESV encomia, & indemnitate pertinent, paucissimis licet verbis, quibus oblatrantium lucifugarum verberata procacitas, luculentissime edixerunt; Sanctissimum eius Institutum Apostolicæ Sedi acceptissimum, Ecclesiæque Vniuersæ laudatissimum, tum ex plurimorum Pontificum diplomatibus, tum ex Tridentini Concilij Oraculis. Hispani sacro velut è tripode*

è tripode pronunciarunt pœnis haud modicis in refractarios, & contumaces blaterones indictis protinus infligendis. Dat. 7. Mar. ann. 1625.

3. A ROMANIS: Quorum Consilio expendenda dederat Societas Priuilegia, de quibus in Gallia minuendis agebatur. At Sacri Quæitores causa Priuilegiorum accuratè considerata, tandem in hanc sententiam conuenerunt. Priuilegia Patribus Societatis in Vineæ Domini operantibus, à summis Pontificibus recte concessa, & prudenter, vtiliterque ab ipsis exercita, nec reuocanda, nec minuenda, nec vlla præfinitione loci ac temporis videri, nunc quidem limitanda. Ita Par. 5. Hist. Societ. Tom. 1. lib. 6. num. 68.

Eius Priuilegia ex pensâ, & integra seruanda decernitur.

4. A VALLISOLETANIS: Cum speciatim vexaretur Societas tanquam Confessiones retegeret, adeo feda maxime per Hispaniam hæc fama percrebuit, ut Borgia profiteretur, haud seueriores alias in Societatem procillas extitisse. Ille quidem tam diuersis pulsatus sermonibus, Vallisoleti Quæitores conuenit, rogauitque, edicerent ipsi Orthodoxæ doctrinæ Custodes quid tenendum in eo genere videretur. Quippe Societatem neque huic, neque diuersæ affixam sententiæ, id modo cupere recta ire via; proque tenuitate sua fideliter, ac sapienter Deo Domino, salutique hominum deseruire. Cui responsum est: Qua ratione in Confessionibus audiendis Societas vteretur, eam sancti Officij Collegio vehementer placere; sollicitudinem omitterent, suoque ritu cœptis instarent, ipsos aduersis rumoribus occursuros. Ita Par. 2. Hist. Societ. lib. 2. num. 132.

Contra calumniatores propugnata Societas.

5. A CESARAVGVSTANO: Qui aduersus Decretum illud Sorbonicum in Societatis, & Apostolicæ Sedis contemptum euulgatum pro potestate edixit, ut quisquis ea super re scripta haberet, ad sanctum Tribunal afferret: grauiusque de eo negotio obloquentes, tanquam de Pontificia, ac legitima Religiosi Ordinis approbatione male sentientes Sacro Magistratu indicarent. Ita Par. Hist. Soc. lib. 16. num. 46. Sic Societatis famam Inquisitoris amor restaurauit.

Et contra Sorbonicum decretum.

Defenta in
Insulis
fortunatis
publica
decreto.

6. * A CANARIENSI, publico altero decreto statuente sub ma-
iori excommunicatione, alijsq; panis puniarijs, Ne quis Patres Socie-
tatis IESV ab Insula extraheret, nec phasellum, aut nauigium
ad eorum discessum præberet. Ita apud Euseb. in vit. B. Borg. lib. 3.
cap. 10. Tanta è Societatis præsentia vtilitas Insulans emanabat.

Ex Ignatio
Parente
laudata
Societate.

Illustris
literarum
eruditione.

Vita exem-
plo celeberrima,
& Ecclesia
vtilissima.

Ignatius S.
Inquisitionis
affectus.

Is acer Ec-
clesia pro-
pugnator,
ac defen-
sor.

Luthero
dissimilis,
& Hæreticorum
hostis
acerrimus.

Christiani
Imperij
Amplificator.

7. A PARAMO Siciliano, sic Societatem, eiusque Caput ac
fundatorem mirificè commendante. Pater Ignatius Loyola (inquit)
vir nunquam satis pro dignitate laudatus, siue vitam eius ad-
mirabilem, siue ipsum à Deo Optimo Maximo electum ad
instaurandam Religionem illustrem literarum eruditione, &
vitæ exemplo celeberrimam, siue Ecclesiæ Catholicæ vtilissimam
consideres. In hoc ergo Patre tam insigni visus fuit ma-
ximus pietatis affectus, & intensum valde sanctæ Inquisitionis
Tribunali omnibus in rebus obsequendi seruiendique de-
siderium, dabat operam, vt huius Tribunalis auctoritatem
ad fidem ipsam tuendam apprimè necessariam, quam maxi-
mè posset per se, & per suos conseruaret. Sic ille de Origine In-
quisitionis lib. 2. Tit. 3. cap. 2. num. 3. Et cap. 4. num. 12. subiungit.
Nostro autem sæculo missus est Ignatius de Loyola Societatis
IESV Institutor, quem anno 1521. gloriosus Deus in Pam-
pelopolitana arce vulnerauit, vt sanaret. Et vt vanitatis vile
mancipium, Ducem fortem efficeret, & Luthero tanquam
acrem Ecclesiæ suæ Propugnatorum opponeret. Quo in tem-
pore Martinus Lutherus quasi furia quædam exitialis cum
perditorum manu ex orco emerit, vt Catholicæ Ecclesiæ
statum labefactaret, eodem ipso tempore Deus, qui Ecclesiæ
curam vel maximam habet, alterum virum excitauit Lu-
thero dissimilem, penitusque contrarium, Ecclesiæ Defenso-
rem, acerrimum Hæreticorum Hostem, Christiani Imperij
Amplificatorem. Quid hoc testimonio luculentius in Parentis Ig-
natij, filiaque Societatis commendationem?

8. * A PETRO ALVAREZ DE PAREDES Inquistoris
Olisipponensi, qui sancti Tribunalis Lusitani nomine sequens de So-
cietate testimonium dedit. Quod de Societate sentio secundum
præ-

præsentem iustitiam, id est, Hos Patres esse Ecclesiæ Dei admodum necessarios, maxime temporibus adeò periculosis, ob eorum vitæ sinceritatem, bonum exemplum, quod sua doctrina omni personarum generi incessanter præbent: ab huius mundi strepitu remoti sunt, ac rebus spiritualibus dediti: humiles, ac proximi salutem zelantes: ad Euangelicam doctrinam extendendam nullis laboribus parcunt, & iuxta Euangelij consilium prædicant Regnum Dei, vt homines poenitentiam agant: à nostra sancta fide apostatas ad Ecclesiæ gremium reducant: & postquam in hoc lusitano Regno commorantur, multiplices suo sancto zelo fructus fecere; iam multos reducendo, iam reformando ad melioris vitæ statum. Virtutis amatores sunt, & inter eos viri nobiles, quibus inest viuuda virtus: Reipublicæ, & toti Regno proficui; in hac enim Ciuitate Olisipponensi, Conimbricensi, & Eborensi in tradendis literis latinis, ac Græcis diligenter se exercent. Prædicant, & sua solida doctrina ac continuis confessionibus Prælatos iuuant: vberem fructum perpetuæque laudis dignum inter infideles in Orientali India, Iaponia, Brasilia, Africaque faciunt: ideo nec hostibus carent, qui de illis res omni destitutas veritate euulgant, cum hæc Congregatio, & qui in ea sunt, Euangelicæ legis defensores, ac sal terræ merito possint appellari. Ideo portæ inferi non præualebunt aduersus eos, & merces eorum copiosa est in cælis. Ego firmam in diuina misericordia spem habeo, quod dum hæc beata Societas in hac spirituali harmonia permanferit, & fulgebit in Ecclesia Dei splendor firmamenti, & velut stellæ in perpetuas æternitates permanfuræ. Dan. 12. 3. Ac tandem omnes qui præsumt, debent omni conatu tam vtilissimum, ac bonum statum defendere, filijsq; Belial resistere, qui moliuntur destruere vineam Sabaoth. Ergo nouissima mea eorum similia, & qui benedixerit eiserit benedictus, & qui maledixerit eis, maledictionibus reputabitur, &c. Hæc inter alia multa, in Societatis laudem lusitanus Inquisitor; apud P. Tellez in chron. Hist. Soc. lusit. l. 6. c. 17. f. 578.

*Egrègium
Inquisito-
ris testimo-
nium de
sociorum
virtute,
zelo, fru-
ctu, &c.*

*ij sunt
Euangelica
legis de-
fensores,
ac sal ter-
ræ.*

A SACRIS SENATIBVS.

*Societas in
Ignatio
Fundatore
laudata.*

*Hic decus,
& orna-
mentum
Hispania,
ac sui sa-
culi.*

*Illā virtū-
tibus, do-
ctrina, &
exemplo
fert cumu-
latissimos
fructus.*

*De tota
Dei Eccle-
sia ac ter-
rarum Orbe
benemerita.*

1. * **A**B HISPALENSI In *Edicto* ann. 1628. die 28. Junij promulgato, sub Eminentissimo Domino D. Didaco de Guzman Cardinali S. R. Ecclesia, & Præsule Hispalensi: in quo *Edicto* Festum Sanctissimi Parentis Ignatii velut proprium illius Ecclesia, & lege lata sanxit, ut ritu duplici celebraretur, illudque sic se habet. Animaduertentes magnam obligationem, qua cuncti tenemur erga D. Ignatium Loyolæum, tribulem nostrum, totius Hispaniæ superioris sæculi, & huiusce nostri decus, & Ornamentum: illius vero Religionis Parentem, quæ suis virtutibus, doctrina & exemplis vberimos, & cumulatissimos fructus de tota Dei Ecclesia, imò de toto terrarum Orbe benemerita tulit, & fert etiamnum: cui quidem cumulatissimam gratiam referre debemus, & tanti Sancti intercedente patrocinio nobis plurima certe beneficia polliceri. Animaduertentes, inquam tot titulis, & nominibus nos adstringi, & magno dilectissimorum Fratrum nostrorum Decani, & Senatus Ecclesiastici consensu, facultate nobis à Summis Pontificibus, Sacris Concilijs, & iure communi concessa vrentes, prædictum Sancti IGNATII Festum accipimus, & amplectimur iuxta Concilij Tridentini decreta, ut in nostra Metropoli, & in ceteris huius Ciuitatis, & Archiepiscopatus Ecclesijs, & in omnibus eius Conuentibus, & Monasterijs & ab omnibus personis Ecclesiasticis in choro, & extra chorum die 31. Iulij ritu duplici celebretur: quemadmodum aliorum Sanctorum Hispanorum, & maximè Patriarcharum festa eodem ritu duplici celebrantur. *Hæc Senatus amplissimas, & inter omnes alios nobilissimas, ac celeberrimas, in suo Edicto (in summam Ignatii, & Societatis laudem elaborato) & latine ex Hispano idiomate, edito; ut videre est apud P. Anton. de Quintanaduénas de Sanctis Hispal. fol. 348.*

* AB

• AB EODEM: In altero simili Edicto non minus Societati, & XAVERIO, honorifico; in quo tanti tamque celeberrimi Indorum Apostoli Festum velut proprium eiusdem Metropolitana, tantus, tamque sacratissimus Senatus recipi iubet, & lege lata sanxit, vt ritu etiam duplici 2. die Decembris celebraretur. Quam quidem legem Doctor Dionysius à Monteferrato Eminentissimi Domini D. Gasparis de Borja Vicarius Generalis, & Proepiscopus ann. 1635. die 19. Nouembris, totius eiusdem Senatus vnanimi conspiratione promulgauit. Edictum igitur erat huiusmodi. Consideratis, & attempta mente perpenis nominibus pluribus, quibus ad D. XAVERIVM singulari studio, ac pietate colendum, deuincimur, quia scilicet Hispanus est, Hispaniæ nostræ, præteriti, & præsentis æui coruscum iubar: quia flos primæus est, primarius, princepsque fructus Illustrissimæ Religionis Societatis IESV, cui tot, tantaque debet Vniuersalis Ecclesia propter vberriimos, eximiosque fructus, quorum accessione ditata, & nobilitata fuit, & etiam nunc concionibus, literis, & exemplis ab ea locupletatur: maximè vero quia Diuinum Numen præpotentem manum suam in hoc sancto efformando heroicis virtutibus, & exemplis, ardentissimo animarum zelo, portentosis miraculis, singularique Apostolicæ Vitæ dignitate eum decorando, & illustrando ostentauit. Vnde & ab ipsa sancta Sede Pontificia (quæ sancto spiritu regitur, & gubernatur) in eo diplomate, quo in Diuos relatus est, INDIAE APOSTOLVS haud semel nuncupatur: quippe qui Orbi nouo in tenebris sedenti sol nouus fidei facem prætulit: in remotissimas etiam & ignotas nationes Christi cultum primus inuexit: infinitasque propemodum Barbarorum miriadas Christo Domino conciliatas, Sacro baptismatis fonte lustrauit; vt idem testatur Diploma. Quia vero ex publico tanti sancti cultu, & veneratione, & è solemni eius festi celebratione, nouas opes, & auxilia in nos emanatura speramus, communi consensu DD. Decani, & Senatus Ecclesiastici prædictum Festum complectimur, &c. Ita vulgari

Commen-
datur in
Xauerio
Indiarum
Apostolo.

Qui est
Hispania,
ac sui æui
coruscum
iubar.

Flos pri-
mæus, ac
primarius
fructus il-
lustrissimæ
Societatis.

Cui prop-
ter vberri-
mos fructus
plurimum
debet vni-
uersalis
Ecclesia.

Et cuius
concioni-
bus literis
& exem-
plis locu-
pletatur.

Sol nouus
Orientis
fidei facem
præferens:

gari etiam Idiomate habetur apud citat. Auctorem Ibidem fol. 367.

*In Societa-
tem falsa
criminatio.*

2. AB SPIRENSI. Comitum Palatini instinctu Senatus secularis Spirensis, Antistiti & Canonicis supplicavit, ut Iesuitas expellerent, in libelloque supplici, aiebant, Societatem esse perniciosam hominum sectam, paci, libertati, religioni aduersam. Per eam irritato vicino Principe, penuriam rerum induci, qui propterea à sua ditione ligna, & commeatum exportari non pateretur. Iesuitis eiectis omnia numero pressa, grauem esse. Ad quæ Canonici respondere. Ordinem à cunctis Christianis receptum Principibus, non sine graui contumelia perniciosam appellari sectam, nec posse dictum, aut factum Iesuitarum aduersarium paci proferri. In eisdem per inuidiam, & sane leuiter apud gnaros rerum annonæ grauitatem conferri, vicinorumque Principum offensionem: cum ante eorum aduentum nihilo fuerint vicini clementiores, nec annona laxior: licere Clero suum Ordinem absque senatus iniuria augere: nec posse Clericos prohibere, quin suam habeant familiam. Quod si vel ad docendum, vel ad alia munia pro Iesuitis Clericos seculares instituant; hos ubi suam quisque conflat familiam, quamuis paucos, Iesuitis multis fore Ciuitati grauiores. Sic Par. 4. Hist. Soc. lib. 1. n. 87. ubi additur: Hac Ecclesiasticorum constantia effecit, ut cum iterum senatus deferret querelas, contumeliosis vocibus abstinens, imo, & laudibus ornans Societatem, pacis tamen causa mitti postularet. Sed Canonicis, atque Andrea ab Obersteino in primis Decano grauissime propugnantis: &, si quid haberent, ad legitimam iudicij formam prouocantibus, quicquere.

*Spirentium
Canonicorum
beni-
gna respon-
sio.*

CLASSIS VII.
A RELIGIOSIS.

ERubescit hic, fateor, mens scribentis ad Religiosorum virorum ingens Studium, quo certatim illi velut uno agmine, non in urbe solum, sed in ipso passim Orbe, & profecuti nascentem sunt, atque robustam agendo patiendoque fortia, Societatem. Ab illis summa erga nos voluntatis ac benevolentia edita signa referre grata Societatis candor hortatur, & imprimis.

A BENEDICTINIS.

1. **A** IOACHIMO Abbate Floriacensi Monachorum tum pre- clari Ordinis Illustri germine, quem de Sanctissimo nostro Sodalitio vaticinatam fuisse multis retro seculis Rutilius Benzoni- us Episcopus Lauretanus, Antonius Zara Petinensis Episcopus, & alij graues Scriptores putauerunt. Ut autem Ioachimi mens melius intelligatur, aduerte, in omnibus Operibus suis Tres Ecclesie status statuere: Sex autem etates: & vbi- que de fine secundi status Ecclesie, vel de sexta etate sermo fuerit, omnia ad tempus Societatis IESU conuertit; quam dicit futuram in Ecclesia in fine secundi status, & in principio Tertij, & in sexto Tempore, cuius plurimas in sacra Scriptura figuras recognoscit in varijs suorum Operum locis dispersas.

Ioachimi
Abbatis de
Societate
prædictio-
nes.

Et primo Societatem ex NOMINE notat cap. 3. Apocal. Vers. 9. Designatur autem (inquit) vt iam diximus in sexto mense, sextum Tempus Ecclesie, in quo oportebat concipere spiritualem Ecclesiam, haud dubium quid nouum quemdam spirituales intellectum, siue etiam promissionis filios, & Prolem præ ceteris spirituales. Hoc est ipsum ORDINEM,

Eius No-
men præ-
dictum.

T QVEM

QUEM DESIGNABIT IESVS: qui videlicet ORDO præ multis alijs, qui præcesserunt eum amabilis, & præclarus est. Multiplicandus vero & dilatandus in tertio illo statu sæculi, qui in tempore nouissimo futurus est.

Et peculiaris summo Pontifici Obedientia.
Ier. 21. 1.

Secundo prædixit ex Obedientia Summo Pontifici ab hac Religione præstanda, de qua Hieremie cap. 21. arbitratur in Hieremia à Filio Melchie præfigurari. Quia ORDO ille (inquit) FUTURUS AD OBEDIENTIAM SVMMI PONTIFICIS dirigitur. Non potuit vlllo alio signo perfectius Societas IESV demonstrari, quam Vocando Ordinem dirigendum ad obedientiam Summi Pontificis: tota enim Societas IESV ad professionem Obedientie Summi Pontificis ordinatur, in quarto suo Obedientie Voto, quod ab eius Professis emititur.

Societas Iacobi Scala.
Gen. 28. 12.
Dux eius prædictus.

Et Cap. 3. in Hierem. cit. de Beatissimo Parente Ignatio, ab eoque fundata IESV Societate in Iacob, & Scala prænotatis hæc asserit. Sane (inquit) quod Iacob proficiens obediendo in sæculo Scalam vidit, & Angelos Dei, statuit lapidem, fudit oleum, Portam, & Domum Dei nominavit, totum intorquendum est ad DVCEM illius ORDINIS, & ad initium vite eius, Scala Religio est, Angeli Prædicatores eorum: descendunt ad reos, & ascendunt ad iustos. Dominus innixus Scalæ Spiritus Sanctus est, roborans Ordinem eorum, Gradus Scalæ profectus illius sunt, & alij Ordines Pœnitentium sub eo, quia fortè in ipso Ordine præter Doctores, erunt Clerici, qui Deo seruiant, laici qui continenter & religiosè viuunt. Oleum deuotio, Petra fides, quam subterposuit Capiti suo. Quia OBEDIENTIAM, ET REVERENTIAM EXHIBEBIT CAPITI SVMMO PONTIFICI, & tenebit, & obseruabit omnia, Apostolicam fidem, & Catholicam doctrinam Ecclesiæ, quæ est Domus Dei, & Porta Cæli, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam; maxime cum Ostium sit aperiendum in Cælo ad prædicandum Euangelij veritatem. Ubi vides totam œconomiam Societatis IESV sæculis antea actis nunquam auditam à Ioa-chimo per Gradus Scalæ (vocantur enim in Societate GRADVS) dilucida

Et Gradus varij in Ea.

Lucide depictam: vides Ignatium Ducem illius Ordinis nominari, non Fundatorem, quia qui in bello sæculari Dux secularis militiæ fuerat, in Spirituali militiæ Dux, & Generalis nouæ Societatis dicendus erat. Et bene in Iacob præfigurantur initia vitæ eius, qui claudicabat pede aereo grandine Pompeiopoli percussus, sicut Iacob ab Angelo: vides etiam Doctores, Professos Societatis nominari, & sub his Coadiutores formatos, Spirituales Clericos quidem virtute conspicuos, & Scholasticos, sed infra Gradum Professorum positos, & Laicos, qui Coadiutores Temporales sunt.

Gen. 32.
31.

Et cap. 4. utrumque repetit, vocatque Religiosos Societatis Aquilas ad compassionem cadaueris, & contemplationem diuinitatis. Equos ad fortitudinem, & obedientiam MISSIONIS. Quibus addit: Isti sunt omnes fortes quoad fidem, & quoad tribulationem sustinendam, varij quoad religionem multiplicem: Iste ORDO mittetur per Obedientiam ex Arca Ecclesiæ, & summi Pontificis Noë. Vbi vides nec MISSIONES Societatis reticuisse in sua Prophetia Ioachim, & Obedientiam summi Pontificis, à quo mittendi sunt Societatis Religiosi.

Eius Mis-
siones.

Et cap. 15. eiusd. Hierem. ad illa verba: Non fæneraui, neque fæneraui mihi quisque, Societati conuenire his verbis testatur: Quia prædicabunt (ait) sine STIPENDIO cupiditatis, nec ipsi prædicabuntur è stimulo correctionis, quia spirituales sunt, tamen maledicentur quasi seductores, sed ipsi reliquiæ benedictionis erunt, & in bonum salutis mittentur, occurrente spiritu Dei in eos. Et rursus Isai. cap. 19. 1. Qui in nube dicti sunt, atque leues: hæ Nubes ascendunt de terra sæcularis vitæ ad excellentiam Religionis: leues quoad Paupertatem, non veritatis, vel virtutis, sed STIPENDII sæcularis. Nil verius, & illustrius dici potuit. Siquidem Societatis IESU Religio nulla admittit Stipendia quasi pro Ministeriorum mercede.

Et Mini-
steria sine
stipendio.
Ier. 15. 10

Isai. 19. 1.

Et cap. 3. Apocal. huius Societatis admirabilem & propriissimam notam affert ad ea Verba ver. 12. Qui vicerit faciam illum Columnam in medio Templi Dei mei, & foras non egredietur amplius. Vbi sollicite quærens, quid sibi velit hæc Dei promissio huic

Apoc. 3.
12. et
Est Domi-
nici Templi
Columna.

Multorum
expulſio
prædicta.

Societatis Religioni in Angelo Philadelphia figurata, & quid ſit, & amplius non egredietur foras ! & quid fieri Columnam ? Competenter (inquit) aſſimilatur Columnæ Templi Domini qui vicerit in ORDINE ISTO, quia per vitam contemplatiuam tangit Deum, per actiuam proximòs : foras autem non egredietur amplius, nimirum quia ante victoriam multi intrant EXPULSIO postmodum. Ecce tibi notatam EXPULSIONEM multorum in IESV Societate vnicè obseruatam. Expulſos enim vocamus eos qui vsque ad victoriam inuicti non perſeuerant. Et bene addit Multi, quia in alijs Religionibus, ob incorrigibilitatem expelluntur aliqui, sed rari & vere expulſi non ſunt, sed à contubernio Religioſorum, nam Religioſi permanent etiam extra Religionem. Secus in Societate, à qua expulſi, Religioſi non permanent, & ideo proprie dicuntur expulſi.

Et Tempus
in quo
naſcitur.

Et lib. 9. concord. cap. 13. Nec omiſſit Ioachimus Tempus, in quo futurus erat Societatis Ordo, quippe qui loco citato conſtanter aſſeuerat hunc Ordinem futurum, quando in Hiſpania partibus ex Laicorum ſtatu erigerentur Religiones, quæ in Xenodochijs pauperibus deſeruerent. Quibus ſubdit : In quo ORDINE adimplebitur illud Prophetæ : & dominabitur à mari vsque ad mare, à flumine vsque ad terminos Orbis terrarum, ipſe eſt ille populus Sanctorum, de quo dixit Angelus Danieli : Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo Regis, quæ eſt ſubter omne Cælum dabitur Populo Sanctorum Altiffimi. Hic eſt Populus ille Sanctus ORDO ſcilicet Iuſtorum circa finem futurus : de quo in typo Salomonis dictum eſt à Domino per Natham Prophetam : Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium. Hæc Ioachimus. Omnibus autem notum eſt Societatem IESV fundatam fuſſe in Eccleſia, quando in partibus Hiſpania erectæ fuerunt Religiones Laicorum, nempe S. Ioannis Dei, & Antonij Martini ad ſeruendum pauperibus in Xenodochijs.

Locus etiam prædictus in Gallia.

Et cap. 19. Hieron. prædixit in Gallia futurum ortum Societatis : & tunc nimirum quando Hereticorum prauitas Gallos foret inuaſura, per Societatis filios in eadem Gallia Hereſim deuſtandam affirmat.

Iſai. 19. 1.

mat. Hoc est (*inquit*) quod Dominus Nubem leuem ascendit, Ægyptum intravit (*id est Francos*) Idolaque commouit, quia profecto spiritus Domini in Prophetis futuris in hoc scilicet tempore reuelandis, in Moysē & Elia significatis Galliam visitabit, & idola studiorum carnalium dissipabit: & idcirco dicitur, commouebit simulacra, quia non solum studia, sed etiam Doctores applicabit Prædicatoribus veritatis, quia in Nube dicti sunt, atque leues. Hæ Nubes ascendunt de terra sæcularis vitæ ad excellentiam Religionis, leues quoad paupertatem, non veritatis, vel virtutis, sed stipendij sæcularis. *Vbi vides in Gallia studia, & Doctores applicatos Prædicatoribus veritatis, ibi enim Parenti Ignatio sanctissimo associati sunt ex Parisiensi Academia variarum nationum socij nouem, qui omnes Artium Magisterijs, & Theologiæ gradibus insignes erant. Quid autem in Gallia operata sit SOCIETAS circa Hæreticorum euersionem, & conuersionem, nemo ignorat.*

*Et cap.3. Apocal. vers.13. addit Ioachimus tanta SOCIETATIS bonum à Deo Ecclesiæ prouidendum eo tempore, quo Hæreticorum pestes, & torrentes de abyssō ad perdendam terram exire viderentur. Et vt ostendam (*inquit*) quod dilexerim te, hoc erit tibi euidens, & optabile signum. Ecce in tempore tuo permit- tam exire bestias de abyssō, pariter & de terra vt veniant simul ad deprædandam terram, & peccatores eius auferendos de terra, mundare scilicet abyssos nationum, & quasi torrentes Hæreticorum tempestuare de terra, vt faciam vindictam in semine nequam, & iudicium vltionis in filijs sceleratis, te autem assumam in sinu meo, & collocabo te in loco securo. Hæc ille de IESV SOCIETATE in Angelo Philadelphia figurata: qua tempore Lutheri contra Lutherum, & assclas armata prodiit: & apud omnes hæc diuina prouidentia mirifice commendatur, & merito.*

Sed quia in Ecclesia alia etiam erant instituende Religiones eo ipso tempore quo IESV SOCIETAS, aliam ei adscribit notam, in qua ab omnibus cognoscatur. Scilicet eam Clericorum Regularium Religio-

Et eo tempore, quo hæreses nascerentur. Apoc.9.3.

Clericalis
Ordo pra-
dictus.

nem futuram: ut constat ex cap. 15. Hierem. his verbis. ORDO (inquit) Ille futurus ad Obedientiam Summi Pontificis diti- getur, ita & nunc in exordio tertij status quædam primitiæ Christianorum Clericorum, vtique fide sanctificandi sunt Deo, & mittendi & spargendi sunt in vniuerso Orbe, horum omnium Hierem. typum portat, qui fuit Nazarenus Deo consecratus, &c.

Eius do-
ctrina.

Et cap. 30. in Hierem. fol. 59. col. 4. huius SOCIETATIS Reli- giosos compellat, Viros perfectos, defensores veritatis, quorum conuersatio in cælis est. Doctores sacra Scriptura repletos; doctos à Domino, non homine, CLERICOS multitudine pa- cis filijs tuis spiritualibus in commune degentibus. Et cap. 33. fol. 58. col. 3. eos vocat, Ministros, & Sacerdotes Dei multipli- catos in operibus iustis super stellas cæli, CLERICOS, & Religiosos. Et passim alibi. Et quamuis aliæ erectæ sint in Eccle- sia Clericorum Religiones hoc tempore, nulla autem cuius filij mit- tendi, & spargendi sint in vniuerso Orbe nisi SOCIETAS IESV, de qua hæc tam manifeste vera Ioachimus prædixerat, ut nec ho- rum CLERICORVM vestem omiserit, NIGRAM enim futuram dixit cap. 16. Hier. fol. 45. col. 1.

Nigra ve-
stis.

Sed quod mirandum magis, est quod cap. 19. fol. 51. habet de no- stræ SOCIETATIS Collegijs. Gregem (inquit) sequentium eos ducent ad interiora deserti, religionis, & pacis, quos con- uertent ad rura sua spiritualia studia; & crescent in opere, & multiplicabuntur in doctrina; quia non formidabunt munda miseriam, neque pauebunt inferni sæuitiam, & non quæ- retur ex numero; quia omnes vnanimis, omnes stabiles, om- nesque pascuntur in studijs spiritualibus, & accubabunt in Quietis COLLEGIIS, ipsi erunt super nato puero ORDINE futuro, in fine secundi status, & in principio tertij. Ubi vi- des multa, quæ sine dubio de IESV SOCIETATE prædicta negabit nemo: licet enim aliqua aliter ab aliquo interpretari possint: ast omnia simul, quod intendimus, manifeste demon- strant.

Collegia.

Et

Et cap.3. Apocal. v. 9. *ſapiffime conteſtatur in Angelo Philadel-
phia hunc SOCIETATIS Ordinem præſignari, ſub cuius tempore
ſcripturarum veritatem ad lucem, venturam, prædicat his verbis:* Apoc.3.7
Ut autem horum omnium, quæ dicta ſunt, ſummam teneamus, Angelus iſte, & Eccleſiæ eius ad tertium pertinet ſta- Scriptura
ſacra elu-
cidatio
prædicta.
tutum, magis quam ad ſecundum, & nouam quandam Plan- Plantatio
noua.
tationem designat, ſub cuius tempore oportet veritatem
Scripturarum, acſi de caligine noctis ſplendescere, & ad
lucem venire. *Ad illa autem verba, Ecce dedi coram te oſtium
apertum, eiufd. Apocal. poſtquam huic ORDINI clauem Dauid
datam arbitratur, hæc habet: Promittit autem (inquit) Domi-
nus daturum ſe oſtium apertum coram Angelo Philadel-
phiæ, hoc eſt illi ORDINI, qui ſignificatur per ipſum, & ita
manifeſte apertum, quod nemo poſſit claudere. Et poſt modum.
Dixit autem Dominus contuliſſe hoc angelo Philadelphiæ
(nempe oſtium ſcientiæ & doctrinæ apertum) hoc eſt illi ORDINI,
qui ſignificatur in ipſo, non quia antea datum non fuerit
Doctõribus Sanctis, ſed quia non ita ſolemniter quomodo
in ſexto tempore, cum omnia ſignacula erant aperta. Qui-
bus hæc præmiſerat. In Tertio illo ſtatu futuros eſſe Doctõres
designatos in Chriſto, de quibus etiam per Angelum Dani-
ieli dicitur, qui ad iuſtitiam erudiunt multos, erunt ſicut
ſplendor firmamenti, & ſicut ſtellæ in perpetuas æternita-
tes; quia iam nuda erunt, & aperta myſteria, nec labor erit
Doctõribus illis in docendo, nec perfectis diſcipulis in reti-
nendo, qui erunt homines docibiles Dei.*

Et cap. 16. Hierem. multa paſſim affert de SOCIETATIS IESV Ier.16.10
ſcientia, præcipuè fol.43. ad ea verba, Et annu- Eius Do-
ctores an-
nunciabunt
doctrinam
nouam.
nunciabunt doctrinam nouam. Et cap.30. fol.56. col.4. ait, Veritatis deſenſores,
Doctores ſacra Scriptura repletos, doctos à Domino non
homine, CLERICOS, &c. Et cap.51. fol.85. col.2. In quorum
temporibus incipiunt clarius videre veritatem. Et cap.67. fol.
96. col.3. poſtquam multa retulerat de ſpiritu & ſeruore pietatis ex-
citando in populo Chriſtiano per huius Religionis Doctores, hæc addit.

Notan-

Notandum (*inquit*) quod in Tertio statu nuda erunt mysteria & aperta fidelibus; quia per singulas ætates mundi multiplicabitur scientia, sicut scriptum est, pertransibunt pluri-
mi, & multiplex erit scientia. *Quibus addit col. 4.* Plus glorificabuntur homines Tertij status, quia reuelata facie loquetur Spiritus Sanctus omnem veritatem; quia erunt omnes docibiles Dei, quia erit illis Dominus in Patrem; & dominabitur à mari vsque ad mare, à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

Doctrina occasione persecutionem patientur. Apoc. 3. 8.

Adde his omnibus, quæ de persecutionibus causâ doctrinae sustinendis ab hoc ORDINE asserit, ad illa verba supra relatâ, Ecce dedit coram te ostium apertum, videlicet scientiæ, & doctrinæ: sunt enim (ait) nonnulli qui quærunt claudere Ostium istud, spernentes prophetiam, & extinguentes spiritum, vt ipsi, soli in populo videantur Magistri, & doctrinæ occasione possint inter homines principari, &c. Et si placet, lege, & perlege quæ ibi notat contra impugnatores doctrinæ futuri illius ORDINIS, quæ quidem admiratione sunt dignissima, & modestia nostræ referre non licet.

Apoc. 3. 10.

Ast non omittere debemus, quæ de persecutionibus sustinendis ab illo ORDINE sæpissime notat, præcipue ad illa Apocal. cap. 3. v. 10. Quia seruasti verbum patientiæ meæ, ego te seruabo ab hora tentationis quæ ventura est in Orbem Vniuersum tentare vniuersam terram. *Quæ verba dicta intelligit Angelo Philadelphie, id est prædicto ORDINI, quem signabat IESVS, Idcirco (inquit) Ego diligo te, quia tu seruasti verbum patientiæ meæ, & viriliter egisti contra vitia carnis, & spiritus, contra detractores, & delusores: contra spirituales nequitias inimici. Verumtamen, & alio modo oportet Angelum seruare verbum patientiæ: hoc est pro veritate, quam annunciare tenetur; & vtique quàm multis non credentibus, & contradicentibus eidem veritati dicente Domino, si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit: si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea*

propterea odit vos mundus, &c. Et Hierem cap. 49. fol. 45. Contra eos (inquit) sæuiet totus mundus.

His denique adiungenda explicatio illorum verborum, & Ego te seruabo &c. in quibus affirmat seruandum illum ORDINEM, nempe SOCIETATEM in hora tentationis, hoc est in persecutione Antichristi: Verumtamen (inquit vers. 15.) Etsi multi corruent in articulo isto, non tamen HIC ORDO, qui specialiter in illo Angelo (Philadelphie) designatur, quia, nec Iosue, neque Ioannes defecisse legitur, in quibus ORDO ISTE significatur. Præsertim cum promissio sit eum seruari ab hora tentationis, quæ ventura est in Orbem vniuersum, tentare habitantes in terra. Neque omnino tamen non est singulis timendum de seipsis. Hucusque Ioachimus de SOCIETATE prænu-
ciauit, uti refertur apud P. Fran. Salinas nouissime in Ionam cap. 1. quæst. 7. à num. 2. ad 15.

Societas
IESV ser-
uanda in
persecutio-
ne Anti-
christi.

His tandem omnibus addam Ego Prædictiones alias eiusdem Ioachimi de Societate, ut apud alios Auctores notatas inuenio. Et quidem ille lib. 5. concordia cap. 14. Insurget (inquit) vna Noua Religio Sanctissima, qua erit libera, & spiritualis: in qua Romani Pontifices potiti pace Ecclesiæ se continebunt. Quam Religionem, & Ordinem Deus super omnes alias diligit, quia perfectio illius vincet omnes alias aliorum Ordinum. Et in cap. 1. Hieremia, quis iste Ordo futurus plane explicat dicens: Reuelandi sunt in Ecclesia Doctores, Prædicatoresque fideles, qui terrena, & carnalia corda omni plaga percutiant: atque erectis, & tumidis Magisterijs silentium studijs suis imponant. (Fortasse intelligit superbos Hæreticorum Præceptores Nostrorum confutandos opera, & industria.) Et bene filius Melchie Hieremias describitur, quia ORDO ILLE FUTURVS AD OBEDIENTIAM SVMMI PONTIFICIS DIRIGETVR. Quibus verbis clarius non potuit nostræ Societatis Ordinem explicare, qui speciali OBEDIENTIÆ VOTO Summo Pontifici ob-
strictus est, ut supra etiam notauimus.

Eius per-
fectio præ-
dicta.

Et Docto-
res, ac Præ-
dicatores
Ecclesiæ
fideles.

Et Obe-
dientia
Summo
Pontifici.

Apoc. 14.
14.

Et perfe-
ctā Christi
Domini
imitatio.

Et Aposto-
lorum.

Ludouici
Blosij in
Societatem
studium.

Et rursus exponens cap. 14. Apocal. p. 4. c. 14. sect. 7. fol. 175. ad ea verba, Et super nubem sedentem similem filio hominis, hæc habet: Arbitramur tamen in eo qui visus est sedere super nubem candidam, & esse similis filio hominis significari Quemdam Ordinem Iustorum, cui datum sit perfecte imitari vitam Filij Hominis, & (sicut alibi scripsimus S. Iohannis Euangelistæ) habere nihilominus linguam eruditam ad Euangelizandum Euangelium regni, & colligendum in aream Domini vltimam Messionem. Et postea addit: Qui videlicet ORDO recte coronam auream habere describitur, quia in veritate certabit contra omnia vitia, & superabit ea. Propterea de simili Filio Hominis subdit. Aliquis ORDO futurus perfectorum virorum seruantium vitam Christi, & Apostolorum intelligendus est. Hæc Ioachimus, qui floruit anno 1200. apud Nigron. Commentar. in Regul. Societ. Tit. par. 3. num. 11. Et etiam apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 1. cap. 2. fol. 62. Et Messam Verbo Societatis IESV num. 52. Et Viegas in Apocal. cap. 3. Comment. 2. sect. 3. Et apud alios intra, & extra Societatem. Sed an hoc vltimum Societati conueniat, personet Lusitania, quæ Nostros, APOSTOLOS nominat: Imo & Apostolorum Successores, vt dicit, & probat egregie eximius Doctor Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 6. num. 7. In reliquis autem omnibus, quæ hucusque premisimus signis demonstrantibus Societatem IESV facile quis persuaderi possit, de Ea, & non de alia Clericorum in Ecclesia Dei Religione, sermonem instituisse Ioachimum, quia omnia videmus apprimè conuenire Societati, utpote in ipsa, quæ ab Eodem prædicta, ac prænunciata sunt, completa etiam videamus.

2. ALVDOVICO BLOSIO Abbate Liciensi, scriptoreque notissimo, cui vsque adeo probata, & venerata Societas, vt nisi per Institutorem dissimilitudinem staret, affirmaret, Societatem IESV se cum suis omnibus initurum: sed quando integrum sibi non esset, perfecturum certè, vt quibus esset integrum, id illi se suatore, & auctore facerent. Ita ille 1. Par. Hist. Soc. lib. 13. n. 31. Et in quadam Epistola ad Vigilum Zurichemum Regij Senatus Presidem,

Socie-

Societatem non parum commendat, eamdemq; pro aris & focis defendit: Domine (inquit) cum nuperrimè Tecum pranderem in tuis ædibus, de hominibus Societatis IESV mentio incidit, vt nosti, longo deinde ducta sermone. Cupiebam sane tecum seorsim de ijs loqui, clariusque quid sentirem exponere: sed quia nullam id agendi idoneam opportunitatem nactus sum, mihi nunc ad te de tota ea re scribendum esse iudicavi. Domine, magna mihi pridem cum M. Adriano Scholasticorum Societatis IESV Louanij Præposito, alijsque ex eadem Societate, familiaritas intercedit. Vnde eundem M. Adrianum verum Dei famulum, & amicum iudico. Illud vero liquido constat eam Societatem veluti postremum Sacrorum hominum Ordinem ad multorum salutem in Ecclesia diuinitus his temporibus excitatam: licet plerique non è vulgo solum, sed Sacri quoque homines, atque adeo Religiosi, aut de eorum existimatione detrahant, aut parum sane eorum causa velint. Magna quidem certe, & illustria per eos in Hispania, Lusitania, Italia, Indijs, atque alibi terrarum patrantur à Deo. Perhonorifice de ijs mecum egit Nuncius Apostolicus, cum Hallas eum salutatum venissem, magnique eos se facere ostendit, ijsque vt familiariter vterer hortatus est. Neque obscurus est fructus, quem hætenus Louanij ediderunt. Quod plenius testificari potest Cancellarius Doctor Ruardus summa vir prudentia, & religione, & fide. Quidam tamen aut veri ignorantia, aut animi maleuolentia, quod ab alijs recte fit & salutariter, in diuersum interpretantur. Sed consueuerunt videlicet res istiusmodi esse principio ad multos inuidiosæ: quod & S. Francisci, & S. Dominici familiæ legimus euenisse. Illud vero bonis ac prudentibus probari vnice debet, quod non vt ceteri anno exacto sed septimo demum, aut octauo post publice profitentur. Quæ res multa quæ timeri possent auertit incommoda. Quod ad Priuilegia attinet, quibus eos Pontifex ornauit, sunt illa omnino isti vocationi necessaria. Quamquam vero ea ampliora sint illis, quæ anti-

*Et Literæ
in eius
commen-
dationem.*

*Excitata
diuinitus
ad multorum
salutem.*

*Per Socios
magna, &
illustria
vbique à
Deo pa-
trantur.*

*Eorum
fructus
Louanij.*

quis Pontificum legibus, ceteris Ordinibus collata sunt; non sunt tamen aut publicæ Ecclesiæ quieti, aut rectæ disciplinæ contraria, sed potius, si res suis momentis recte expendatur, & virtuti, & animorum vtilitati, & communi bono maxime consentanea. Bini iam Pontifices sibi inuicem in summam illam dignitatem succedentes, hanc Societatem, matura habita deliberatione confirmarunt. Principes vero Christiani plerique benignissimum iam pridem in eos animum acceperunt. Quos sane viros, ut dignitate, ac iudicio præstantes, ita cuncta consilio gerentes, qui tanta in re nihil vidisse existimet, ne eum à recta ratione lapsum iudicem. Utinam ut in ceteris Orbis Christiani Prouincijs, ita in nostro quoque Belgio aliqua eorum Collegia instituantur. Id vero & ad Dei cultum propagandum, & ad animarum salutem fulciendam, considerem vim habiturum esse longe maximam. Sed vereor ut ne hoc Dei immortalis munere nec dum digni simus, Domine, si res ita ferret, ut eorum apud Cæsarem, aut Reginam, aut certe in Concilio causa ageretur, rem tu quidem, uti Ego existimo, Deo gratam facies, si quam minime eis aduersabere. Non debet qui rectam animi conscientiam curat, acrius se huiusmodi conatibus opponere; ne pugnet cum Deo, pro quo se pugnare arbitretur. Non sunt diuina consilia humanis rationibus metienda, quæ omnem excedunt rationem. Hæc te cupio, Domine, prono, benignoque animo accipere, quæ vnius veritatis, diuinique honoris studio impulsus, scripsi. Precorque Deum Opt. Max. diu te incolumen tueatur. Vale. Bruxellis. Tuus humilis seruus Ludouicus Blosius Abbas Letiensis. *Ita vir maximi nominis, & quid de nobis sentiret ipse, quid alios sentire vellet, sæpe quidem, sed hic præcipue declarauit. Ita apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 6. cap. 5. fol. 885.*

Pontificum ac Principum benignitas in Societatem.

Eius Collegia expectata.

Religio sacra virtutum pulchritudine ornata.

3. * A MONACHO S. Seuerini Neapolitano, sic Parenti nostro Sanctissimo, de Societate, quam fundauerat gratulante: Religio (inquit) sacra, quam antea diligebam, nunc autem illius amore conflagro, videns in illius membris virtut-

virtutum pulchritudinem. *Ac demum se eius filium plane profi-
tetur. Ita ille Epist. ad S. Ignat. Tom. 2. Vir. Illust. Soc. fol. mihi
210. col. 1.*

4. A CHRYSOSTOMO Abbate Monasterij S. Jacobi in Dal- Ad for-
mata
præceptis
Monasteria
expetitur.
*matia, viro doctrina, & pietate celebri in Tridentino Consilio. Is
tria que ibi sunt eius Ordinis Monasteria, ad quam optimam reuocare
formam meditatus, Lanium Generalem nostrum enixe rogavit, Ut
ea per quempiam Sociorum quandoque in anno inspicienda,
præceptisque formanda susciperet. Atque ad idem opus Boba-
dillæ consilio voti cupiens, eum apud se habuit. Ita Par. 2. Hist. Soc.
lib. 4. num. 55.*

5. A MAGISTRIS Sapientissimis Collegij Salmanticensis Defensa in
opinionem de
Auxilijs.
*Hispæ Observantiæ D. Vincentij cum titulo: Qui Romam
ad Generalem suum Procuratorem in fauorem doctrinæ Socie-
tatis circa auxilia diuinæ gratiæ scribentes aiunt: Ob mul-
tam notitiam, quam Vestra Paternitas habet de propo-
sitionibus, quæ ante Sanctissimum Dominum excutiu-
tur, de his, quæ ad Physicam præmotionem spectant, super-
sedemus de illis referre, tantum monere voluimus, quod à Pa-
tribus Societatis IESV defenditur, esse doctrinam S. P. N. An-
selmi, & ideo ob hanc causam, & quoniam quod illi propug-
nant, verum est, & docetur in hoc Collegio à nostris Magi-
stris, & à discipulis eorum Monachis, tam in huius Academiæ
publicis thesibus, quam in ijs, quæ in Capitulis Generalibus
habentur, defenditur: quamobrem V. P. sedulo consideran-
dum est, hanc esse litem nobis æquè communem, à qua no-
stræ Religionis honor dependet, proinde qua solet industria
in Ordinis bonum vigilare, prospiciat doctrinæ tanti momen-
ti, & media opportuna adhibeat, quibus subsidietur ei, & ne
illorum technis obscuretur, qui in occulto sagittant, & fe-
riunt. Et præterquam quod in his V. P. meritis suæ personæ, Laborat in
publicum
emolumentum.
& habitus satisfaciet, nobis quod gratissimum sit, operabi-
tur; nam & si Sacræ IESV Societati ob labores, quos in publi-
cum emolumentum confert, æquum est vniuersis fauorem*

exhiberi. Nos tamen specialius deuincimur ob continua præstantium in ea virorum beneficia erga nos, & germanitatem, quam alterutrum profiteamur in plerisque nostris Monasterijs, præsertim in hoc D. Vincentij Salmantino Collegio, ac proinde optamus singulos nobiscum concurrere, vt animi gratitudinem contestemur, Vestram in primis Paternitatem, qui quam optimè id nouit facere: potestque his rebus non leui esse adiumento, quod V.P. secure dicere valeat suæ Sanctitati, & quibuscumque alijs personis, opiniones Societatis, & nostras legi, & defendi ab Augustinianis, Franciscanis, Carmelitis in conclusionibus, & thesibus suorum Capitulorum, & quotidie magis, magisque amplificantur, & recipiuntur à Theologis valde doctis, vt conformes fidei Catholicæ, & veritati proximiores. Deus P. V. vitam protegat, ipsumque amore, & gratia sua repleat. Salmanticæ ex D. Vincentij Collegio Iulij 31. anno 1600. Fr. Placidus Pacheco, Fr. Gregorius Criales, Fr. Antonius de Yepes, Fr. Maurus de Salazar, Fr. Antonius Perez, Leander de Granada. *Hucusque doctissimi Magistri Benedictini, quorum primus Placentinus Episcopus defunctus est: quintus vero sui Ordinis Generalis meritissimus multarum Ecclesiarum Episcopus fuit, & ingenij docta non pauca monumenta excudit: omnes alij perillustres Viri fuere. Omnia constant apud Paul. Leonard Apolog. pro scient. Media 1. Par. num. 44.*

6. * A IOANNE CLANONIO Cœnobij Monserratenfis Viro virtute inclyto, natione Gallo, cui post peccata sua de vita ineunda ratione consilia ex ordine Ignatius patefecit. Quem (Deo inspirante) futurum dixit, Magnum Ecclesiæ Columnem, Apostoli Pauli successorem, vereque vas electionis ad mundi conuersionem, Infidelium, hæresum, & peccatorum. Ita apud Euseb. in vita parua S. Ignat. cap. 37. fol. 114. ubi cum Ignatio Parente Clanonius Propheticus Societatem ab eo instituendam vaticinatur, per quam Ignatius orbis conuersionem, ac hæresum extirpationem assecutus est.

Ignatius
magnum
Ecclesiæ
Columnem,
& Pauli
successorem
ad
mundi con-
uersionem.

7. * A GREGORIO ALFARO Ordinis Prædicatore gra-
nique Scriptore, in vita D. Francisci Reynoso Episcopi Cordubensis
Hispano idiomate edita cap. 15. fol. 31. Vellem (inquit) aliquid
 de hac sancta Religione nostris diebus instituta ad magnam
 Dei gloriam, magnum Ecclesiæ profectum, ac bonum ip-
 sius augmentum dicere. Etenim Religiosi Societatis IESV
 in prædicando, legendo, & scribendo finem, scopumque
 præcipuum, quem habent, bonum, salus, ac remedium ani-
 marum est. In hoc occupantur, ad hoc omnia eorum collo-
 quia magnis, ac paruis, diuitibus, ac pauperibus, idque me-
 dijs prudentibus ac suauibus tendunt. Vna ex præcipuis re-
 bus huius Religionis est, vltra vota ceterarum, votum de
 iuuentutis educatione in Republica adeo necessaria. *Et*
post pauca addit: Incredibile est bonum, quod hæc Religio in
 hoc ministerio operatur, laborem ac sollicitudinem, quam
 suscipit. Erga Missiones ad nouum Orbem voto altero etiam
 obstringitur, in quo res notabiles perpetratae sunt inferendo
 scilicet Indijs Orientalibus, ac Occidentalibus gloriosum
 Crucis vexillum, penetrando Regna ab antiquis incognita,
 plantandoque in illis doctrinam Euangelicam, ad hoc offe-
 rendo suorum vitas Martyrio, sufferendoque labores im-
 mensos ad reducendas ad Ecclesiam gentes illas barbaras,
 ac indomitas. Concludo tandem in hoc munere ducendi ad
 cælum animas per varia diuersaque media, fructum notabi-
 lem in Ecclesia facere sua doctrina, bono exemplo, pruden-
 tibusque consilijs, &c. *Hæc ille.*

8. * AB ALFONSO DE S. VICTORES Ordinis Generali, Regio
Concionatore, Inquisitionis supremae Qualificatore scriptoreque erudi-
tissimo, cuius de Societate grauissimum testimonium latine redditum est
huiusmodi. Dux ille (inquit) cohortis Prætoriae inter ceteras, qui-
 bus Ecclesiasticus conflatur exercitus longe strenuissimæ, que
 literarū peritia, velut septemplici clypeo obarmata virtutum
 suarum bombardis arcem vitiorum arietat, & subruit. Diuus,
inquam, Ignatius Loyolæus in nostro Montis-ferrati Templo
 vitæ

*Societas ad
 magnam
 Dei gloriã,
 Ecclesiã
 profectum,
 ac aug-
 mentum
 instituta.*

*Eius scopus
 animarum
 salus.*

*Votum de
 iuuentute
 educanda.*

*Et de Mis-
 sionibus in
 nouum Or-
 bem.*

*In quem,
 notabilia
 perpetrantes,
 Crucis
 vexillum
 intulerunt
 eius filij.*

*Laudata in
 Ignatio
 Parente
 Societas.*

*Illa Cohors
 prætorica &
 Ecclesiasti-
 ci exercitus
 strenuissi-
 ma.*

*Septenpli-
ci literarū
clypeo ob
armata.*

*Virtutum
bombardis
vitiū
arcem
arietat.*

vita spiritualis initia, & velut Societatis fundamenta iecit. Ibi militem exiit, vt caelestis militiae ducem indueret: ibi arma emerita militiae symbola deposuit, & ante Virginis aram suspendit, dicauitque, vt quondam Dædalus alas iam liber periculis. In veteri illius celeberrimi Canobij nostri Templo hæc marmoris inscripta legitur epigraphe. Beatus Ignatius à Loyola hinc multa prece, fletuque Deo se Virgini deuo- uuit. Hic tanquam armis spiritualibus Sacco se muniens per- noctauit. Hinc ad Societatem IESV fundandam prodiit ann. 1522. Fr. Laurentius Nieto Abbas, dedicauit ann. 1630. De- nique ex augustissimo illo sanctissimæ Deiparæ sanctuario, veluti ex Oriente nostri Ordinis exortus est matutinus iste lu- cifer, cuius splendoribus etiam remotissimæ Orbis Prouinciæ illuminantur. Quamuis autem ceteris Ordinibus Sacris tan- quam pyropis Benedictina corona decoretur, Societate ta- men IESV tanquam Diademate illustratur. *Hæc ille in sole suo Occidentis Prælod. 1. cap. 19. fol. 156.*

*Societate
veluti dia-
demate Be-
nedictina
familia il-
lustratur.*

*Defensa
contra Con-
stantinum.*

9. A CONGREGATIONE CASSINENSI in Decreto contra *Constantinum Caietanum*: Cum nobis (*inquit*) relatum fuerit libellum quendam sub nomine D. Constantini Caietani mo- nachi Cassinensis, & Abbatis, fuisse impressum Societatis IESV existimationi insigniter præiudicalem, doluimus sane prout par erat vehementer hominis leuitatem, & audaciam (si quidem talis scriptionis est auctor, quod difficillime nobis persuaderi potest) summopere admirati: ac vt religiosissimis Patribus, qui tanti à nobis fiunt, quanti ipsorum egregiam vir- tutem, ac doctrinam fieri æquum est, per nos ipsos satisfiat, vt ceteris omnibus constet, inconsultis nobis, & prorsus in- scijs, eiusmodi librum in lucem prodiisse, per occasionem no- strorum Comitiorum in vnum Congregati isthuc ipsum pu- blico Edicto euulgare, ac constare statuimus. Addentes in- super prædictum P. D. Constantinum (quod extra Congre- gationem nostram multis ab hinc annis Pontificia auctorita- te degat) potestati nostræ non magis quam alium quemlibet alterius

*Filiorum
egregia
virtus, &
doctrina.*

7. * A GREGORIO ALFARO Ordinis Prædicatore gra-
nique Scriptore, in vita D. Francisci Reynoso Episcopi Cordubensis
Hispano idiomate edita cap. 15. fol. 31. Vellem (inquit) aliquid
 de hac sancta Religione nostris diebus instituta ad magnam
 Dei gloriam, magnum Ecclesiæ profectum, ac bonum ip-
 sius augmentum dicere. Etenim Religiosi Societatis IESU
 in prædicando, legendo, & scribendo finem, scopumque
 præcipuum, quem habent, bonum, salus, ac remedium ani-
 marum est. In hoc occupantur, ad hoc omnia eorum collo-
 quia magnis, ac paruis, diuitibus, ac pauperibus, idque me-
 dijs prudentibus ac suauibus tendunt. Vna ex præcipuis re-
 bus huius Religionis est, vltra vota ceterarum, votum de
 iuuentutis educatione in Republica adeo necessaria. *Et*
post pauca addit: Incredibile est bonum, quod hæc Religio in
 hoc ministerio operatur, laborem ac sollicitudinem, quam
 suscipit. Erga Missiones ad nouum Orbem voto altero etiam
 obstringitur, in quo res notabiles perpetratae sunt inferendo
 scilicet Indijs Orientalibus, ac Occidentalibus gloriosum
 Crucis vexillum, penetrando Regna ab antiquis incognita,
 plantandoque in illis doctrinam Euangelicam, ad hoc offe-
 rendo suorum vitas Martyrio, sufferendoque labores im-
 mensos ad reducendas ad Ecclesiam gentes illas barbaras,
 ac indomitas. Concludo tandem in hoc munere ducendi ad
 cælum animas per varia diuersaque media, fructum notabi-
 lem in Ecclesia facere sua doctrina, bono exemplo, pruden-
 tibusque consilijs, &c. *Hæc ille.*

8. * AB ALFONSO DE S. VICTORES Ordinis Generali, Regio
Concionatore, Inquisitionis supremae Qualificatore scriptoreque erudi-
tissimo, cuius de Societate grauius testimonium latine redditum est
huiusmodi. Dux ille (inquit) cohortis Prætoriae inter ceteras, qui-
 bus Ecclesiasticus conflatur exercitus longe strenuissimæ, que
 literarū peritia, velut septemplici clypeo obarmata virtutum
 suarum bombardis arcem vitiorum arietat, & subruit. Diuus,
inquam, Ignatius Loyolæus in nostro Montis-ferrati Templo
 vitæ

*Societas ad
 magnam
 Dei gloriã,
 Ecclesiã
 profectum,
 ac aug-
 mentum
 instituta.*

*Eius scopus
 animarum
 salus.*

*Votum de
 iuuentute
 educanda.*

*Et de Mis-
 sionibus in
 nouum Or-
 bem.*

*In quem,
 notabilia
 perpetrantes,
 Crucis
 vexillum
 intulerunt
 eius filij.*

*Laudata in
 Ignatio
 Parente
 Societas.*

*Illa Cohors
 prætorica &
 Ecclesiasti-
 ci exercitus
 strenuissi-
 ma.*

*Septenpli-
ci literarū
clypeo ob
armata.*

*Virtutum
bombardis
vitiū
arcem
arietat.*

vitaē spiritualis initia, & velut Societatis fundamenta iecit. Ibi militem exiit, vt caelestis militiae ducem indueret: ibi arma emeritaē militiae symbola deposuit, & ante Virginis aram suspendit, dicauitque, vt quondam Dædalus alas iam liber periculis. In veteri illius celeberrimi Canobij nostri Templo hæc marmoris inscripta legitur epigraphæ. Beatus Ignatius à Loyola hinc multa prece, fletuque Deo se Virginiq̄ deuouit. Hic tanquam armis spiritualibus Sacco se muniens pernoctauit. Hinc ad Societatem IESV fundandam prodiit ann. 1522. Fr. Laurentius Nieto Abbas, dedicauit ann. 1630. Denique ex augustissimo illo sanctissimæ Deiparæ sanctuario, veluti ex Oriente nostri Ordinis exortus est matutinus iste lucifer, cuius splendoribus etiam remotissimæ Orbis Prouinciæ illuminantur. Quamuis autem ceteris Ordinibus Sacris tanquam pyropis Benedictina corona decoretur, Societate tamen IESV tanquam Diademate illustratur. *Hæc ille in sole suo Occidentis Prælud. 1. cap. 19. fol. 156.*

*Societate
veluti dia-
demate Be-
nedictina
familia il-
lustratur.*

*Defensa
contra Con-
stantinum.*

9. A CONGREGATIONE CASSINENSI in Decreto contra *Constantinum Caietanum*: Cum nobis (*inquit*) relatum fuerit libellum quendam sub nomine D. Constantini Caietani monachi Cassinensis, & Abbatis, fuisse impressum Societatis IESV existimationi insigniter præiudicialem, doluimus sane prout par erat vehementer hominis leuitatem, & audaciam (siquidem talis scriptionis est auctor, quod difficillime nobis persuaderi potest) summopere admirati: ac vt religiosissimis Patribus, qui tanti à nobis fiunt, quanti ipsorum egregiam virtutem, ac doctrinam fieri æquum est, per nos ipsos satisfiat, vt ceteris omnibus constet, inconsultis nobis, & prorsus inscijs, eiusmodi librum in lucem prodiisse, per occasionem nostrorum Comitiorum in vnum Congregati isthuc ipsum publico Edicto euulgare, ac constare statuimus. Addentes insuper prædictum P. D. Constantinum (quod extra Congregationem nostram multis ab hinc annis Pontificia auctoritate degat) potestati nostræ non magis quam alium quemlibet alterius

*Filiorum
egregia
virtus, &
doctrina.*

alterius instituti professorem, subditum esse: quare si quid ab ipso in hoc genere hucusque peccatum est, vel peccati in posterum (quod Deus auertat) contigerit: tum ipsos Societatis alumnos, tum alios quoscumque omnes enixe rogatos volumus, vt certo sibi persuadeant id communi totius Congregat. Cassinensis sensui, & in Societatem IESV peculiari obseruantia omnino aduersari, & repugnare. Dat. Rauenn. in nostris Gener. Comitijis die 23. April. 1644. Ita apud P. Tellez 1. Par. Hist. Soc. Lusit. in Prologo.

10. A CONGREGAT. LVSITANA in Decreto contra eundem Constantinum, & Ioannem à Sancto Thoma eius in scribendo affectam, quod sic se habet. Cum nostra Benedictina Congregatio Lusitana, summo semper, vt par est studio, ac reuerentia doctissimam, ac religiosissimam Patrum Societatis IESV familiam profecuta sit, idque omnes Christianæ disciplinæ, nec non arctioris Instituti sectatores deceat, vt charitate simul ambulantes, honore se inuicem præueniant, testamur nos infra scripti prædictæ Congregationis Abbas, Generalis, & Definitorum ad hoc specialiter congregati, in libro scripto Historia Benedictina vernaculo idiomate Lusitano, nuper edito à Nostrò Reuerendo admodum Patre Magistro Ioanne à Sancto Thoma Congregationis nostræ Lusitanæ Monacho, & in Conimbricenti Academia primario Theologiæ Professore, nonnulla referri ex Constantino Caietano nostræ item Congregationis Casinensis Monacho, quæ vt prædictæ religiosissimæ Societatis existimationi aduersantia, sic minus probabilia, quàm fides Historiæ postulat, ab ipsa Congregatione nostra Casinensi (quam vt parentem libenter veneramur) Decreto publico indicata iam sunt: quo circa ea sine fundamento à primo Auctore vulgata aut excogitata, & minus consideratè à secundo relata, certe à communi Congregationis nostræ sensu aliena declaramus: in quorum fidem testimonium hoc scribi iussimus, & nomina nostra subscripsimus: Religiosos Sacræ Societatis enixe rogantes, vt de anti-

Societas
iterum contra
Constantinum,
& affectam
defensa.

qua illa nostra in ipsos obseruantia, quam hætenus experti sunt, nihil detractum, vel diminutum fuisse, vel etiam in posterum fore sibi certo persuadeant. Datum in hoc nostro Monasterio Tabanensi, die 29. Octobris, anni 1645. Ita apud P. Danielem Bartoli in *vita S. Ignatij lib. 1. fol. 80. num. 21.*

Aguntur
gratia Pa-
tribus Cas-
nensibus
Congrega-
tionis Ita-
lia, & Lu-
sitania pro
beneficio in
Societatem
collato.

Tanti fecit Societas IESV duplex hoc Decretum, vt in sua Congregatione VIII. Generali gratias rependat duplici altero Decreto 13. & 26. Et hoc inter alia sic ait. Quibus auditis (duobus nempe Decretis iam datis) censuit Congregatio, imprimis Venerabilibus illis Patribus, totoque religiosissimo Cætui, quam maximas gratias haberi, agique oportere, quod æquitate, ac charitate, religiosissimo Ordine plane digna, bonam Societatis existimationem, etiam aduersus suos ipsorum alumnos defendendam susceperint. Deinde huius quoque recentis beneficij notitiam publico Decreto ad omnes socios, tum hodiernos, tum posteros transmittendam; vt, & quantum sanctissimo Ordini Societas debeat, intelligant vniuersi, & omnibus charitatis, ac venerationis Officijs parem illi gratiam referre contendant. Hætenus Decretum.

Templa Te-
sitarum
Paradisi
imagines.
Non alteri
quam Ma-
riae Igna-
tius arma
summittit.
Eph. 6. 17

Ille Hære-
sam iugu-
lator.

II. * AB ANTONIO PEREZ *Ordinis Generali dignif-
simo in ser. de Beatificat. S. Ignatij, Vallisoleti typis edito ann. 1610.*
fol. 15. Talis (inquit) est huius Religionis Templorum nitor,
qualis in retroactis sæculis nunquam visus, adeo vt quodlibet
illorum viuida Paradisi imago sit. Et fol. 17. Cum ad aras
B. Virginis in Monte-ferrato Ignatium arma suspendentem contem-
platur, Vix (ait) alteri quam Mariæ illa arma posse summitti,
cui vel ipse Deus sua (Æternum videlicet Verbum, iuxta illud
Gladium spiritus, quod est Verbum Dei. Ad Ephes. 6.) sub-
iecerat: *Additque*; Sicut de Beata Virgine Dei Genitrice occi-
nit Ecclesia: cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso
mundo, ideo Ignatius ad Virginis ædes arma suspendit, vt
inde fortiora mutuans, cunctas hæreses iugularet: per filios
nimirum Doctores, Cathedricos, Theologos, eruditissi-
mosque

mosque Scriptores, qui in hoc sacro Ordine contra Hæreticos procreantur, ac velut publicis Ecclesiæ armarijs ad Dei conspectum non minus pendent, quam sui Parentis in Virgineo Templo ensis, & sicca, in quibus ad viuum exprimuntur. *Et fol. 22. subdit:* Instituit Ignatius hanc sacram Religionem, opus sane, quo eius Auctor æternitati donandus, & tamen IESU ille, non Ignatij dulcissimo ac diuino Nomine insigniuit. *Et fol. 24.* Gratiam homines inter se discordes conciliandi S. Parens Ignatius suis filijs quasi testamento legauit: in quo illi prærogatio adeo excellunt: vt non iam inter maritos & vxores; parentes ac filios; Ecclesiasticos ac sæculares; Religiosos ac laicos; Reges ac Regna; Imperatores & Principes; Pontifices & Prælatos; Christianos & Gentiles; imo vel inter Deum & hominem, suis orationibus, disciplinis, mortificationibus, ieiunijs, & excellentissimæ charitatis actibus pacem meditantur, concordiam parant. Ac demum homines à rationis scopo aberrantes familiaribus colloquijs, sermonibus, lectionibus, disputationibus, scriptis eximijs, laboribus ex diuino amore progenitis, componunt, victimarum instar oblatis publico proximi beneficio; in quos sanctos Patres videtur oculos direxisse S. Gregor. cum dixit hom. 9. in Euang. subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur. Ij enim in rerum penetratione lincei, in executione Hercules, in intelligendo omnes sunt capita, in operando manus, omnes: in vita contemplatiua Mariæ; Marthæ in actiua: in speculatione demum cuiuscumque rei subtilissimi, in ea exequenda admirabiles, ac prodigiosi.

Et fol. 25. Calum appellat Ignatium, & quinque eum Zonis, que Calum præcingunt, adornat, iuxta illud Virgil. lib. 1. Georgic.

*Quinque tenent Calum Zone, quarum vna corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igne:
Quam circum extreme dextra, leuaque trabuntur*

X 2

Cerulea

*Cuius filij
velut arma
in Hæreticos
pendent
in publicis
Ecclesiæ
armarijs.*

*Quanta
polleant
dexteritate
in conciliandi
discordibus.*

*Victimarum
instar
publico
beneficio
oblatis.*

*In rerum
penetratione
sunt
lincei, in
executione
Hercules.*

*Ignatius
Calum
quinque
Zonis præcingunt.*

Cerulea glacie concretæ, atque imbribus atris.

Has inter mediantque duæ mortalibus agris

Munere concessæ Diuum.

*Prima ardentissima
charitatis.*

*Secunda,
& tertia
lacrymarum.*

*Quarta, &
quinta benignitatis.*

*Eius filij
caelestes
Orbes.*

*Missionum
cursu &
doctrina
lumine.*

*Societas
exorientis
fidei instru-
mentum.*

Quarum prima Solis ad instar ardentem Ignatij spiritum vis delineamentis adumbrat, qui semper alienæ salutis appetens ardentem charitatis euibrabat radios: quin & ipse solares à facie lucis iaculare non semel visus est. Reliquæ duæ, quæ imbribus, & gelu rigent, illacrymantis Ignatij, & in Parisiensem lacum rigenti horridum gelu membra immergentis, vt venereos proci adolescentis ignes extingueret, imaginem gerunt. Postremæ duæ zonæ sic influxus temperant, vt nec ignibus torreat, nec glacie rigescant, qua benignitate mortales omnes ad se inuitant, Ignatij referunt animum, cuius benignitas tum Principes, tum alios diuersi generis homines, quæ consilij petendi gratia, quæ vt eius se commendarent precibus attrahebat. Et nihil hoc mirandum (*addit fol. 27.*) cum & filios suos in cælestes Orbes effinjerit. Si enim in lumine, & cursu præcipua stat Cæli elegantia, & pulchritudo, procul dubio cælestes Orbes Ignatij filios nuncupabis, qui & celeri Missionum cursu, & luminosa suæ doctrinæ gyratione mundum illustrant, hominemque, siue is Christianus sit, siue è Paganismo, Iudæus hæreticusve à cunis ad sepulchrum instruunt, & docent. Non ergo inficiabere illos Cælorum ad instar communi omnium beneficio ardentem splendoris radios in vniuersas Orbis plagas emittere. *Et tandem fol. 28. sermonem, ac elogium concludit:* Considerans (*ait*) cum Plutarcho nullum fore instrumentorum musicorum artificem, qui lyram non mallet effingere, quæ Amphion Thebanos muros erigeret, quam si Lacedæmonius Thales lepi chordarum pulsus ciues, quos inter rixa intercessisset, componeret: nullumq; nauigiorum architectum qui nauis clauum efformando, qua Themistocles Græciam circumibat, operam non potius daret, quàm Pompeianæ nauiculæ, quæ vix terræ conspectum fugeret: cum ergo illustria Societatis facinora

cinora celebrare musicum sit exorientis fidei Instrumentum componere, du&tricem nauem, quæ tumentis Orbis fluctus calcans, bellicum Christianæ Religionis apparatus, & annonam comportat: fateor sane non modo iucundum hunc meum laborem, sed gloriosum reputasse. *Hæc sunt amoris iacula, quæ tantus vir è cordis pharetra deprompsit, & fideliter latinè reddita. Quo nescio num elegantius dari de Ignatio Parente, Socijs, ac Societate testimonium possit.*

Et Navis Christianæ religionis bellicum apparatus comportans.

12. A ROMANO HAY. *In libro, quem inscripsit Astrum extinctum quest. 8. fol. mihi 549. num. 9. dum quemdam è Societate impugnaret, hæc habet.* Interim vero errores illius, aut similitium, Societati IESV nullo modo adscribimus, id enim stultissimum foret: quippe quam scimus sapientioribus, & sanctioribus Institutis deditam, & occupatam esse: imò cuiusque alterius iuribus conseruandis lingua, & calamo operam dare. Quid enim aliud sonant, tot in lucem à doctissimis Theologis Societatis edita volumina? tot Tractatus de de iure, & iustitia? tot è Summi Pontificis, de Romanorum Imperatorum, aliorumque Principum, ac Præsulum auctoritate, & potestate vulgata Opera, quam ut cuique suum tribuatur, ut errores ac vitia eliminentur, Christiana charitas, & virtutes mortalium animis inferantur, & conseruentur? *Hæc ille.*

Sapientioribus, & sanctioribus Institutis dedita.

Quanta eius in scribendo doctrina?

13. * AB ANTONIO DE S. ROMAN. *in Hist. Gener. India Orientalis lib. 3. cap. 26. fol. mihi 575. Qui cum Ioannis Tertij Lusitania Regis ardentem erga Orientis India conuersionem animum proposuisset, hæc habet.* Non tamen Regi suppetebant idonei ad tantam prouinciam ministri: Deus vero qui semper huiusmodi votis annuit, opportunum prouidit remedium. Tunc enim temporis dum Ecclesiæ castra firmioribus indigebant subsidijs, Ignatius Loyolæus vexillum contra mundi Principem erexit, cuius celebris memoria, & in cælo uiuit, & in terris contra temporis iniurias præualet. Iam sanctissimum illud Societatis IESV Institutum (quod ipse ordinarat) supra

Ignatius laudatur.

Et Societatis Institutum.

validam Ecclesiæ rupem, excelsam, & corroboratum erat. Degebat illa tempestate Sanctus Parens Romæ, cum aliquot è primis Socijs Christi Vicario veluti suorum votorum clauigero subiectis, & licet aliquibus tempestatibus iactati fuerunt, vt quidquid in Orbe boni viget, solet experiri. At demum cum Dei opera, & consilia semper præualeant, per Europam Vniuersam celebris eorum fama adeo intonuit, vt inter alios ad Ioannis pientissimi Portugaliæ Regis aures perueniret, qui illico ad D. Petrum Mascareñas in Romana Curiâ Nuncij munere obeuntem, literas dedit, quibus impense monebat exigeret à Parente Ignatio ex Socijs sex, qui adeo ardentem Dei honorem, & animarum salutem exquirerent, vt in Africa, & Asia operibus æquarent famam, quæ de ipsis vulgabatur. Rem cum Ignatio exegit legatus, & licet ab illo sex, quos expetebat Socios non fuisset consecutus (aiebat enim Ignatius si ex tam paucis Socijs in Indiam sex deferrentur, quid Vniuerso terrarum Orbi restaturum) duos tamen Xauerium scilicet, & Simonem Rodericum Lusitanum concessit. *Hæc ille ex Hispano fideliter latine reddita.*

Cuius fama per Europam vniuersam intonat.

A B A S I L I A N I S.

14. **A**B. IOSAPHAT ex tanto Ordine viro præclarissimo, vniuersisque cum Sancta Romana Ecclesia promotore indefesso, & pro ea trucidato anno 1623. & ab Urbano VIII. in Beatorum Martyrum Catalogo adscripto anno 1642. Is tanti faciebat Societatem, vt palam diceret, Se eum non habere pro bono Catholico, qui Societatem IESV non amaret. Idem etiam cum semel in frequenti nobilium confesso, præcipue nobilitatis virum acerbius ad mensam contra Societatis homines inuehi audiret, grauitè iniuria Societatis commotus Apparet, inquit, magnifice Domine, Te non esse ex numero Prædestinatorum, qui tam sanctam Religionem verbis adeo iniuriosis carpere non metuas. *Grande sanè*

Qui Societatem non amat bonus Catholicus non est. Nec è numero Prædestinatorum qui eam carpit.

sanè dictum, & quod nisi pudoris ac modestiæ cancellis premerer, ponderatione dignissimum, & quia tale, & quia à tanto Martyre pronunciatum. Ita refertur apud P. Lancicium Tom. 2. Opuscul. spiritual. Opusc. 17. cap. 4. num. 211.

15. * A DIDACO NISSENO pluries eiusdem Ordinis Prouinciali meritissimo, scriptoreque nostræ atatis celeberrimo, qui in Approb. Tom. 2. virorum Illustrium Societatis, Societatem appellat, Acie[m] inclitorum militum illustriorem. Et in Tom. suo Dominicarum Dom. 2. post Epiphan. Assumpt. 2. fol. mihi 108. Religionem præclaram, & illustrem, vocat. Et in suo Græciæ Phænice lib. 4. cap. 9. fol. mihi 187. Egregius (inquit) ille Fundator, ac præclarus antesignanus illustrioris Societatis, ac regiminis in Ecclesia Dei S. Ignatius de Loyola in sua Regula æquè sancta, ac disertæ præcepit, &c. Et infra: Eundem Sanctissimum Patriarcham vocat, sanctitatis prodigium, claramque religionem Philosophiæ Cinosuram.

* AB EODEM, in Approb. vita P. Marcelli Mastrilli per Eusebium nostrum scriptæ Societatem appellat, Inuincibilem, quæ Calibæis suis calamis (seu fistulis militaribus) perfidum Hæreticorum vulgus explodens, in aëra disperfit, & cuncta Catholicorum dogmata fortiter propugnauit. Sic ille in dicta Approb. edita Matrit. ann. 1640.

16. * A FRANCISCO DE SORIA Ordinis Definitore, & S. Officij Qualificatore, qui postquam in Censura Coronæ virtuose P. Eusebij, Societatem vocauit, Sacram, Religiosam, doctamque Familiam, statim subiungit: Auctores, libros, doctrinamque huius illustri Congregationis nemo ignorat aurum esse totius Ecclesiæ purissimum, & defecatißimum, siue illa impetatur ab inuidia, siue curiosi eam rimentur, siue eam lucernis perscrutentur minus pij: & cum tanta sit huius diuitis fodinæ præstantia, quod miror magis, est abundantia, siquidem se adeò fecundam ostendit doctrinæ, ac si tam largiter se semper communicasset. Hec ille.

Societas
inclitorum
militum
Acies.

Religio
præclara
Et illustri-
ris in Ec-
clesia Dei
regiminis.

Ignatius
Sanctitatis
prodigiū, &
religiosa
philosophia
cinosura.

Societas,
inuincibilis
suorū cala-
mis perfidos
hæreticos
explodit.

Et Catho-
licorū dog-
mata forti-
ter propu-
gnata

Eius do-
ctrina au-
rū Ecclesiæ
defecatißi-
mum.

Diues li-
terarum
fodina.

Angelica
puritate
nitens, &
Hortus deli-
tiarum
Dei.

17. * A LVDOVICO AB ANGELIS, qui haud proprij agnominis immemor, Societatem Angelica puritate nitentem, ac demum, Hortum deliciarum Dei, non veretur asserere ac nominare. Tanta illi erat de Religione hac omnium minima existimatio. Ita in lib. Festor. Hispal. in Beatif. S. Ignatij fol. mibi 73.

A CARTHUSIANIS.

Literae
Prioris
Maioris
Carthusia.
In quibus
doctrina,
mores, ac
zelus scio-
rum lau-
dantur.

Qui inter
huius sa-
culi tene-
bras reful-
gent.

Peculiarẽ
cũ Societa-
te germa-
nitatem
constituit
Carthusia.

18. A PETRO DE SARDIS summo Priore Magnae Carthusiae cum suae innocentissimae Familiae Religiosis, qui omnes in suo Generali Capitulo congregati, in nascente adhuc Societate sensum, & pietatem erga illam, datis ad Ignatium, & suos anno 1544. literis è Maiori eadem Carthusia sic comprehendunt: Audita fama odorifera, fratres in Domino dilectissimi de vestra exemplari doctrina, & voluntaria paupertate, ceterisque virtutibus, quibus in tenebris nostri deplorandi saeculi refulgentes perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam salutis reuocare, vacillantes stabilire, stantesque ad proficiendum in virtutibus stimulare, & magnam in Domino Ecclesiae Catholicae fructum afferre; gauisi sumus in Domino, gratias illi agentes, quod in tanta desolatae Ecclesiae suae calamitate, qua premimur, excitare dignatus est, & mittere novos operarios in vineam suam, recordatus misericordiae suae. In quo quidem sancto opere, cupientes vobis pro nostro modulo cooperari, fraternitatem vestram obsecramus per charitatem eius, qui pro nobis non dubitauit animam suam ponere, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: sed in sancto proposito perseverantes, in omnibus exhibeatis vos sicut Dei ministros in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula, & persecutiones, quae omnibus, pie viuere volentibus, occurrere solent. Tempore enim suo metetis, non deficientes. Et nos fratres, si quid poterimus apud Dominum, diuinis Sacrificijs, orationibus, abstinentijs, ceterisque pijs exerci-

exercitijs, quorum omnium vobis, & successoribus vestris, in vita pariter, & post mortem singularem concedimus participationem, vestris pijs conatibus libenter cooperabimur in Domino, postulantes vt nos vicissim in orationum, & bonorum participatione commendatos suscipere dignemini. Datis Carthusiæ sub sigillo nostro, ann. Domini 1544. sedente nostro Capitulo Generali. Sic in 1. Par. Hist. Soc. lib. 4. num. 107.

19. A BRVNONE LOHER. *Agrippinensis Carthusia Procuratore, qui se continere non potuit, quin maiorum suorum secutus exemplum, id quod de Societate nostra sentiebat scriptis ad Ignatium literis explicaret.* Dolebamus (inquit) interim gliscentibus Hæreticis non esse multos, qui contra istos Tartareos spiritus se opponerent. Cum ecce præter omnium opinionem, non multo post Tu extitisti Pater celeberrime Ignati, spretis mundi pompis, honoribus, diuitijs, voluptatibus, spreta generis dignitate. Crescente autem mirum in modum Vestrorum fratrum numero, missi sunt cum amplissima Sedis Apostolicæ potestate Sacerdotes non pauci ex Vestris, Viri grauissimi, honestissimi, primò quidem ad præcipuos quosdam Christianæ Reipublicæ magnates, ac Ciuitates; deinde & alij in Asiam, Africam, Arabiam, Indiam Meridionalem, & Orientalem, & Americam maximas Orbis partes. Quibus in locis vestræ Sodalitatis Patres ingentem & incredibilem animarum fecere fructum, nec facere desinunt, infideles, & Iudæos ad fidem conuertendo, integra oppida, & Regna baptizando, peccatores ad pœnitentiam reuocando, pios in gratiam confirmando & consolando, iuuentutem, tam apud Ethnicos, quam Christianos optimis literis, solida eruditione, sanctisque moribus imbuendo, additis pluribus stupendis prodigijs, ac miraculis præsertim apud Infideles. Adeo vt infatigabili vestro labore, industria, feruore docendi, concionandi, adhortandi assiduitate, & candidis moribus, diuina vobis oppitulante gratia, ne dum in nostra Europa,

Alia literæ in Societatis commendationem.

Ignatius, ac Socij laudati.

Qui vndique dispersi incredibiliter animarum fructum fecere.

Optimis literis, solida eruditione ac stupendis prodigijs.

*Quorum
insurgibili
labore reli-
gioso, cul-
tusque veri
Dei ubique
refloruit.*

*Deo infi-
gnium mi-
raculorum
parratione,
opitulante.*

*Quod fla-
gitijs à
Deo non
relinqui-
mur, Socie-
tatis facit
præclara
professio.*

*Et nun-
quam satis
laudatum
vita Insti-
tutum.*

*Sociorum
fructus op-
timi:*

*Qui spem
ingerunt
Christi Ec-
clesiam in
melius re-
formandā.*

*Illi omnes
ad veram
pietatem
prouebunt.*

sed etiam in alijs iam memoratis regionibus, Religio, cul-
tusque vnus veri Dei, veraque pietas reflorescere, incre-
scere, & quotidianis incrementis longe, lateque mirificè propa-
gari videatur. Nam vt sub Turcico Imperio, & tributo, puta
Ierosolymis, Constantinopolique, atque Cypro studiorum
Collegia auxilio Iulij III. Pon. Max. instituere conati estis.
Accessit huc frequens insignium, quæ per vestros fiunt, mi-
raculorum operatio, quibus omnipotens Deus vestræ inte-
gritati præbet testimonium, qualia certè adhuc nulla
apud nostros Euangelicos vidimus, licet suam ubique buc-
cis crepitantibus fidem iactitent. Complures enim apud In-
dos Christianæ Religionis expertes, simul atque fidei nostræ
ex animo accesserint morbis quibuscumque, aut alijs corporis
calamitatibus grauati, confidunt se illico sanatum iri, si sa-
lutari tingi lauacro, aut Missæ sacrum auscultare, liceat, nec
sua spe, & expectatione frustrantur, mox sanitatis obtento
beneficio. Si ob flagitia, & errata vnquam relinquendi su-
mus à Deo, iam vel maxime id timendum est quandoque
vsque eo omnis creuit impietas, vt vix possit ultra progredi,
vnum dumtaxat superest, quod nobis melioris spei fiduciam
ingerit, vestræ nimirum Sodalitatis noua isthæc præclara-
que professio, & nunquam satis laudatum vitæ Institutum.
*Hæc Bruno apud And. luc. in vita S. Ignat. lib. 4. cap. 20. Et apud
Euseb. in doctrin. Asceticis lib. 1. cap. 60. idem refertur, & addun-
tur immediate sequentia ex Eodem Lohero: Cum enim (subdit)*
certis probemus experimentis fructus optimos è vobis prodi-
re, non ambigimus ex Christi spiritu profectum esse, quod
aggressi estis, quandoque Christi Ecclesia in melius reforme-
tur, maxime cum id vobis in primis curæ sit, vt quoad eius
fieri potest, omnes ad veram pietatem prouehatis. Neque
tamen hæc ita à vobis geruntur, vt verbis magna promitta-
tis, factis parum præstetis, vt nostri Euangelici, quibus sem-
per in ore est Euangelium, cum vita eorum cum Euangelio
pugnet è diametro, sed vos ipsos ante omnia in omni virtu-

tis genere grauer exercetis, viget que inter vos viuificæ mortificationis studium, præsertim erga propriam prompta obedientia profligandam voluntatem, quæ sola malorum causa est. *Hucusque ille de miro Societatis fructu, viuente adhuc S. Ignatio.*

Et omnium virtutum genere exercentur;

20. A IOANNE DE CASTRO, Cui cum Ignatius Parens Noster Parisijs aperiret animum de Societate fundanda, sic ille respondit. Ita ô Ignati, tua de fundanda Societate IESV ardent vota, vt si lubet Carthusiam deseram. Nouitius sum, nondum votis adstrictus, meam opem, operam, vires, consilium in Te vnum transferam, dummodo tantæ molis negotium felicem exitum consequatur. *Ita ille apud P. Rho in Apolog. contra Castaldum Interrogat. 8. fol. 130.*

Ingens Societatis æstimatio.

21. A LAURENTIO SVRIO Viro inter scriptores perinsegni, ac celeberrimo, qui in Historiali Compendio rerum sui temporis ad annum 1540. cur ab Hæreticis odio habeantur IESVITÆ, edisserens, Vident enim (inquit) suis conatibus in dies magis, ac magis ab huius instituti viris obuiam iri, vident multos de suo grege detractos ad ouile Christi reduci; vident non solum vitæ integritate, sed etiam multiplici, & rara eruditione plerosque huius Societatis instructos. Hinc plusquam vatianum eorum in huius Societatis odium; hinc illa conuicia, probraque iactandi sæua libido, quod cum reuera mores reprehendere non possint, in Societatis Nomen petulanter incurrunt modo prima detracta syllaba, sultas inprimis IESV. Wider germanicè, tanquam IESV aduersarios vocant. Sæpius etiam atros equites, quod pulla veste vtantur: quasi vero eiusmodi cauillis quidquam noceant laudatissimis Societatis Patribus, & non potius sectariorum petulantiam declarent. *Sic ille apud Paul. Leonard. in Apolog. pro scient. Media Par. 2. n. 85. Et in Commentarijs ad eundem annum 1540. apud Euseb. in vita parua S. Ignatij fol. 191. Tract. de eius zelo cap. 2. addit. • Hand ignoro viros aliquos bonorum morum exitisse, qui aliquo humano affectu aduersus Societatem ducti fuerint, quod*

In Eam Hæreticorum odium.

Quia eorum multos ad ouile Christi reducit.

Et ob vitæ integritatem multiplicem ac raram eruditionem.



exinde ortum putamus, eam non bene notam apud ipsos; multotiesque sinistris ducuntur relationibus, qui alioqui bene procedunt. Homines quippe sumus, & uti tales aliquando fallimur. Ego autem tota certitudine persuasus sum, neminem, qui bene Societatem nouerit, impossibile omnino esse non bene de illa sentire. Sic ille. * *Qui sic amat pro beneuo-*

Qui Socie-
tatem no-
uerit ne-
quit non
bene de illa
sentire.

Eius Pro-
curator
Spiritus
sanctus.

lencia sua, tantique fecit Societatem, ut non vereatur affirmare,
Eius Procuratorem esse spiritum sanctum. Breue sane, sed mirabile elogium: quod videre est in eadem vita S. Ignat. cap. 37. fol. 118.

Sanctissi-
ma, & orbi
per multi-
plicem fru-
ctū notissi-
ma, ac diui-
no cultui
mancipata.

22. A THEODORO PETREIO dicente, Sanctissimam illam, atque Orbi terrarum per multiplices fructus editos notissimam hominum diuino cultui mancipatorum Societatem. Hæc ille apud Euseb. in doctrin. Asceticis lib. 1. cap. 60.

Summa, &
inuitata.
Societatis
affirmatio
in Pineda.

23. A BRVNONE Priore Maioris Carthusiæ ac totius Ordinis Carthusiensis Generali Ministro, ceterisque Desinitoribus Capituli Generalis, qui omnes in Capitulo suo Generali animi gratitudinem erga P. Ioannem de Pineda Beticæ Prouinciæ lumen, ac Column, hoc celeberrimo testimonio contestantur. Cum neque apud Deum, neque apud homines alia virtus gratior sit, quam acceptorum beneficiorum congratulatio, & per relationem Venerab. P. D. Didaci de Gueluat Prioris Domus de Couis, & Visitatoris Prouinciæ Castellæ didicerimus, singularissimum deuotionis affectum, cordialemque animi propensionem ad nos, nostrumque Ordinem, & præcipue ad Domum B. Mariæ de Couis prope Hispalim, quam P. V. semper habuit, & ostendit in omnibus suis euentibus prosperis & aduersis, ad eiusdem R. P. Visitatoris instantiam vicissitudinem quam possumus rependentes; memores etiam laborum indefessorum R. P. Vestræ in exponendis Sacrorum arcanorum libris, tum Iob, tum Ecclesiastes, tum Salomonis, ut multiplicatis intercessoribus, qui benignissimus, & piissimus Dominus est, abundantiore scientiam, longiorem vitam, ac felicem finem R. P. V. impartiat ad suam maiorem gloriam, & decorem suæ

suæ Ecclesiæ; concedimus R. P. V. in vita pariter, & in morte plenam participationem missarum, orationum, eleemosinarum, vigiliarum, abstinentiarum, disciplinarum, omniumque bonorum spiritualium, quæ modo fiunt, & de cetero (auxiliante Domino) fient in toto Ordine nostro. Addentes de gratia speciali, vt cum Obitus vester, quem Dominus felicem faciat & beatum, nostro fuerit Capitulo Generali nunciatus iniungantur pro anima R. P. V. missæ, Orationes, aliaque pietatis opera per vniuersum Ordinem exoluenda, sicut pro charissimis amicis nostris facere consueuimus. Addentes etiam Anniuersarium perpetuum per totum Ordinem nostrum in Calendarijs Domorum singulariter scribendum. Datis Carthusiæ sedente Capitulo Generali ann. 1627. Hoc edidit testimonium Illustrissima Carthusianorum Familia sociorum omnium gratitudine dignum: non enim plus in honorem tanti filij, quam Societatis nostræ cedit: Quo Pinetæ, & Societatis æstimatio in Phœnicis sæcula perennabit: nec mirum cum & ipsi veri Phœnices in sepulchris vini abduci nanciscantur cumas in tumultis, nec viuant vlli suauius quàm ita mortui.

24. A GERARDO HAMONTANO: Qui inscribens Gebhardo Colonienfium Antistiti, Opuscula minora Dionysij Richelij anno 1599. Sic affatur septemuirum illum, in Societatis commendationem. Ecce commodum, tuæ Celsitudini Copias auxiliares misit Deus, hominum certe pietate, atque eruditione præstantium, qui vocantur de Societate Nominis IESV. Nouit eos T. C. siquidem fructus, quos in Colonia Socijque eorum in Indiarum terris remotissimis, & Regnis amplissimis, hætenus nostro Orbi incognitis, multis quoque Europæ locis incredibiles faciunt, adeo sunt testati, & illustres, vt qui eis caliginem suo mendatio offundere velit, ipsum se potius dehoneftet. Parum à Clericis habitu discrepant, sed multum discrepant professione. Institutum eorum huc maxime spectat, vt iuuentutem in Scholis, & populum in concionibus publicis, & priuatis confessionibus omnesque illos, qui se eo-

Socij Copia
auxiliares
Episcoporum
pietate, ac eruditione
præstantes.
Incredibiles eorum
fructus
vbique.

*Ideo dignis
favoribus
ab Impera-
tore fouen-
tur.*

rum disciplinae tradunt, in omni pietate, quam optime instituant. Ipse Imperator noster clementissimus in suis ditionibus multos tales alit, & sua maiestate dignis fouet beneficijs. Quod etiam tua Celsitudo coepit liberaliter imitari, vt tantis laboribus pares esse queant viribus corporis. Non desunt qui eis detrahant, sed eo nomine Christianis omnibus debent esse gratiores. Non docent vt nostri Euangelici ventrem pro Deo colere, otium sectari, voluptati ac vanitati huius miseræ vitæ esse diditos, sed carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere. *Ita refertur apud Raynaud. in Trinitate Patriarcharum Lugdun. typis edita anno 1647. fol. mihi 604.*

A PRÆMONSTRATENSIBVS.

25. **A** PHILIPPO BERNAL *Magistro doctissimo, Ordinisque Definitore: is in sententia D. Thomæ in fauorem immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis Discursu 3. pag. 46. Ex omnibus (inquit) Religiosis Ordinibus viri grauissimi, ac doctissimi scripserunt in fauorem Virginis Sanctissimæ absque labe originali conceptæ: & ex sola sancta Religione Societatis IESV (vtpote in qua tantopere florent vna cum virtute & sanctitate bona studia, & literæ) tot ac tam eminentes Magistri scripsere, vt illi soli sufficerent ad faciendam illam sententiam pluitquam probabilem: isti sunt Suarij, Vasquez, Pinetæ, Toleti, Peltani, Canisij, Bellarmini, Turriani, Maldonati, Salmerones, Pereyræ, Delrij, Henriquez, Gregorij, Barradæ, Fernandez, Lorini, Salazarij, Iustiniani, Cornelij, Magallanes, Salas, Bonifacij, Castrij, Acoltæ, Maguncij, Morales, Costeri, Brunones, Labatæ, Mesæ, Ofsorij, Ribadeneiræ, Arnayæ, Apontes, Macanni, & alij sexcenti.*

Hæc ille.

*Societas
virtute, &
bonis literis
floreus.*

*Filiorum
calamis in
fauorem
immaculatae
Virginis
pugnat.*

26. A IOANNE LEPAGE *In Bibliotheca sua Præmonstraten-*
sis Ordinis: Nobilissima (inquit) & celeberrima illa Societas
 IESV, quæ quot Collegijs constitutis in Orbem diffusa fuit,
 tot velut lucidissimis doctrinæ, & sapientiæ luminibus Mun-
 dum vniuersum illuminauit, tenebrasque illas Cimmerias
 illi offusas laudabiliter dispulit. *Ita in Imag. 1. sac. Soc. lib. 5.*
cap. II. fol. 679. Qui Auctor, ut videtur sub eodem Ordine mi-
litauit.

Nobilissi-
 ma, ac ce-
 leberrima.

Collegijs
 velut luci-
 dissimis lu-
 minibus
 mundum
 illuminans.

A CISTERCIENSIBVS.

27. * ALVDOVICO ESTRADA *Abbate de Guerta dig-*
nissimo, qui Societatem per Hispaniam mille calumnijs
impetitam longissimo scripto Apologetico protexit, ex quo pauca seli-
gam, quæ eius animi sensum, & nostræ Religionis existimationem
clarius manifestant. Quibus (inquit) lacrymis illorum cæcita-
tem deplorabimus, qui priuatim, ac publicè aduersus Socie-
tatem persecutiones commouent? Hos sane lamentabatur
Propheta cum dicebat: Væ vobis cæci, qui dicitis bonum
malum, & malum bonum, & qui habetis lucem tenebras, &
tenebras lucem, &c. Et infra. Qui dixit Iesuitas Lutherana-
nos esse, inter fatuos planè imò & fræneticos annumerandus;
sicut enim lux opponitur tenebris ita Iesuitarum Institutum,
Lutheranorum instituto contradicit. Et inter alia quibus id
probat latè equè ac erudite per vtrorumque vitæ rationem discurrens,
ait; Lutherani fide contenti, opera respuunt, Iesuite verò cha-
ritatis operibus feruentes adeo sunt, vt maiori ex parte eos vi-
deas, cōfessiones fideiū audientes, administrantes Eucharistiæ
Sacramentum, odia componentes, infirmis seruientes, ver-
rentes Hospitalia, moribundos adiuuantes, mortuos sepelien-
tes, in obedientiæ obsequium magnis laboribus peregrinan-
tes, &c. Et post pauca; Mihi in animum semper induxi spe-
cialem fructum à Deo intentum in huius Religionis funda-
tione,

Defensa
 Apologetico
 perhonorifi-

Eius Insti-
 tutum Lu-
 therano-
 rum In-
 stituto seu
 lux tene-
 bris con-
 tradicit.

Nonū sub-
 sidium ad-
 uersus Lu-
 theranam
 hæresim
 militans.

tione, alium non fuisse, quam ut hoc novo subsidio aduersus Lutheranam Hæresim militaret. Mentior, si mihi perspectum non est, Hæreticorum capita ingenti odio abhorreere eos, quos ipsi Theatinos vocant. Sed satanæ fallaciæ perspicuæ nobis iam sunt, non enim ignoramus astutias eius. Proh dolor! quis tot fluentia haberet lacrymarum, quæ mundare possent maculam asserentium, Iesuitas in Lutheranorum grege annumerandos. *Et post plurima concludit.* Hinc infero Pater mi Romane (ad hunc Epistolæ nomine Apologiam hanc conscripserat) ingentem misericordiam, qua Deus cum Societate sancta vsus est; quamque si ei additi bene perciperemus, non tantis premeremur angustijs cum eam tot persecutionibus ac calumnijs

Persecutionibus beatissimis.

videmus exagitari. Hic enim Itatus planè Beatitudinis est: Beati qui persecutionem patiuntur &c. Vnde qui Societatem amamus ex animo (si aduersantium damnum non adesset) Eam in hac sua Beatitudine gaudentem relinquere debereamus, cum non instat Homicidarum ac latronum ob propria flagitia, sed sicut hi, quos Christus Beatos vocat propter iustitiam, patiantur. Igitur Christi regulis ductus affirmo, si aliqua Respublica sit, quæ Beata in terris appellari possit, ea Societas est, quia hæc & iniurijs laceffita & calumnijs diffamata: & si ab hac Beatitudine aliquantulum recedant sui, id causat animarum fauor: quamuis negare non possim, specialem Dei prouidentiam esse eorum innocentiaè dari Patronos, ne persecutione deficiant, quemadmodum eorum permittit infamiam, ne fauore, & humano plausu se extollant, &c. Hæc ille Epist. ad P. Romanum apud Euseb. in vita B. Borgie lib. 2. cap. 31. à fol. 169. ad fol. 171.

In quibus sua innocentia Patronos Deus prouidet.

* AB ECDEM Epistolâ ad Doctorem Torrensensem, deinde Episcopum Canariensem, pro eiusdem Societatis famâ aperto Marte militante aduersus maleuoli cuiusdam epistolam non leuiter illam vulnerrant: Non casu euenit (inquit inter alia) hanc epistolam ad meas peruenisse manus, quia vnde minus sperabatur, sanctæ Societati fauores spirituales ac temporales accrescent, qui forte

Iterum contra maleuolum prouidetur Societas.

forte cessarent, si ignominia tam iniuste illi illata conscius non essem. De me id certe possum affirmare ob Toletanos viginti Archiepiscopatus, verba tanta temeritate, ac falsitate plena, non ausurum me scribere, vel aduersus infima notae saeculare hominem. Nollem reuersa Societatis aduersarios vehementer confundi, & praepudore deficere. Ego in hoc casu dico, quod sentio, defendo & approbo quod approbat, & defendit Ecclesia. De aduersarijs autem affirmo, illos Hareses inuenire, in quibus personis, nec Ecclesia nec Inquisitio eas vnquam inuenit. *Et post pauca subdit*: Plurimum noticius ille homo est, qui audet dicere, propriaque manu subscribere, Illitteratos, & Haereticos esse tot Dei seruos, qui in his Regnis Hispaniae commorantur. Estque res ad Christianam Religionem spectans, scire, quibus semitis iste Homo particularis ducatur, qui plus videt, quam videmus omnes. Deus illi suam lucem largiatur & locum poenitentiae. Datis in sancta Domo de Guerta mar. 16. ann. 1558. Sic in vit. B. Borg. ubi supra fol. 175.

AB EODEM: litteris ad socios Septimancenses. Qui exorsus ab animi sui conturbatione quae se ad communem genti humana Ignatii morte illatam cladem diu constituisse mutum, atque attonitum instar Jobi amicorum, ait; cum fuisse stuporem hominum deplorasset, qui quia non intelligunt, quanti referat in terris superesse eximia praeditos sanctitate viros, in eorum occasu minimè commouentur, ex illa Isaie voce: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus. Homines Deo charos apte Seminibus comparans, cum Grano Synapis diligenter Ignatium confert. In primis quod hoc semen cum sit minimum, fiat maius omnibus oleribus, Dei admiratur ingenium, quod gaudens rebus minutis, ac vilibus ad maxima opera & praeclarissima uti, cum tam multi eodem saeculo eiusdem atque Ignatii Consilij essent, ac praeter ceteros Paulus 4. etiam Pontificatus Maximi auctoritate potens ad quiduis perficiendum, & Magnus ille D^{or}. tota Hispania sanctitate, atque doctrina celeberrimus Auila, Perfecti tamen Operis titulum maiore quadam

Dolet Estrada eximium Ignatium.

Isai. 1. 9. Quem grano Synapis comparat. Matth. 13. 32.

Quod cum minimum sit, in magnam tamen arborem erumpit.

Z gloria

Cuius rami
toto orbe
diffusi.

Mira inter
se consen-
sione cale-
ste philtro
componunt.

Iuuenum
mores re-
format So-
cietas.

Sacramen-
torum fre-
quentia, &
exercitio-
rum spiri-
tualium
vsn.

gloria Ignatio dederunt : adeo, ut ad hunc veluti Ioannes ad Chri-
stum discipulos Auila suos transmitteret. Tum de Colonij quasi Ra-
mis toto Orbe diffusis, ac Sociorum multitudine differens, in his eta-
te, conditione, linguis, Nationibus inter sese discrepantibus, conspe-
ctam à se narrat maiorem, quàm si ab una essent omnes stirpe, ac
Parente editi, consensionem, atque cor ita unum, unamque ani-
mam, ut carmine quodam diuino, caelestique philtro tanta concordia
fieri videatur. Deinde ad conuolantes ad hanc Sacram arborem di-
gressus volucres inter cætera refert, visos à se in Hispaniensi quadam
Academia iuuenes antea solitos alia sequi omnia, diebus quibusdam
festis summo manè ad crimina deflenda, & ad Sacrosancta vsurpanda
mysteria surgere numero amplius trecentos; neque hæc alijs in Templis
propter insolentiam fieri, cum id miri habeant commodi Societatis
Templa, quod in ijs inducto more diuinam mensam frequentandi, ne-
minem deterreat inanis metus, ne singularis, & notabilis fiat. Ad-
dit his exercitationum spiritualium laudes, quas appellat, Nouitia-
tum quemdam toti humano generi institutum. Quod sicut
Religiosi Ordines habent gymnasia, in quibus suos quique tyrones ad
suam vitæ formam exercent ac fingunt, ita ex vniuerso mortalium
Cætu exercitationibus à B. Ignatio inuentis, suo multi in vitæ genere
ad perfectam Christianæ legis disciplinam erudiantur. Postremo ob-
tretractatorum contra Societatem confutatis calumnijs, eiusque Instituto
non leuiter confirmato, socios adhortatur, ut B. Ignatij vestigia pre-
mentes contra aduersarios, modestia, ac silentio dimicent. In silentio,
& spe, inquit, erit fortitudo vestra, quoniam voluntas Dei est, ut
beneficientes obmutescere faciat hominum ignorantiam. Conclu-
ditque tandem, scriptam à se pro Societate Apologiam, & cur id ipse
diuersi Ordinis faciendum sibi putarit exponens, epistolam claudit.
Hæc omnia apud 1. par. Hist. Soc. lib. 16. n. 125.

28. * AB ANGELO MANRIQUE viro equidem omni
disciplinarum genere excultissimo, in vniuersitate Salmanticensi su-
prema è Theologicis Cathedra Magistro Colendissimo, Observantiæ
Hispanæ Cisterciensis dignissimo Generali, Regni totius fulgentissimo
lumine, ac verè custode Nostræ Societatis Angelo, cuius ille encomia
typis

typis mandauit innumera vulgari lingua, sed non vulgari stylo in ser. Beatif. S. Ignatij, quorum aliqua sic se habent. Aut fallor (inquit) aut nullus est qui, si totius suæ vitæ curriculum attentè percurrat, aliquid Societati non debeat, hic grammaticam, ille Theologiam, iste consilia, alter Sacramentorum frequentiam. In corde quisque manum suam abscondat, in quibus profecisse se, agnoscat, aperiat. Aut certè mira obsequia quibus quotidie Ecclesiæ Dei seruit hæc Sanctissima Familia audire ne renuat. Paulus qui hanc Societatis vineam plantauit est Ignatius, Paulo conuersione, operibus, ac virtutibus non impar. Apollo rigans, Martyres sunt proprio venarum sanguine vites suas irrigantes: Deus autem (id est IESVS) incrementum dedit. Tanto ergo vineæ cultore, nil mirandum quod tam breui tempore tantum Sanctissima hæc Planta creuerit. Illa in omnibus Orbis Prouincijs, ac Regnis Deo inferuit, ideo iustissimè per totum Orbem extensa, &c. Hæc ille apud lib. festorum Salmanticensium de Eadem Beatif. fol. 162. Et postea fol. 164. addit. Missi dicuntur Apostoli ex sua ratione formali (quomodo enim prædicabunt nisi mittantur.) Quam formalem rationem inferuit Ignatius Instituto suo ad tria Communia omnibus Religionibus, quarto addito de Missionibus, proprio voto, quo missi conuolant sui ad plantandam vbique fidem, ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, ad infidelium conuersionem: quis ergo dubitet Societatem esse Apostolorum Ordinem? Ordines Sanctorum, Fundatores aliarum Religionum erexere: Ordinem Euangelicorum Pauperum S. Franciscus; Eremitarum S. Augustinus; Doctorum Prædicatorum ac Magistrorum S. Dominicus; Prophetarum Elias; Virginum Clara, cæteræque Religiosarum Fundatrices; Martyrum S. Bruno, Angelorum diuinas laudes indefinenter decantantium SS. Benedictus, & Robertus. Apostolorum autem solus Ignatius. Sanctus enim qui Religionem instituerit, (quæ profiteatur de nouo pergere ad Christi fidem plantandam) ego præter Ignatium nullum

Ei omnes sunt debitor.

Est vinea ab Ignatio plantata.

1. Cor. 3. 6

Martyrum irrigata sanguine.

A IESV, incrementum accipiens.

Luc. 10.

1. & 3.

Societas Apostolorum ordo.

Ad Missiones per totum orbem ex voto conuolans.

Ad Christi fidem plantandam.

agnosco, &c. Dum in mundo vixit (*subdit fol. 165.*) ex Apostolis suam Societatem formavit IESVS, & inter plures discipulos quos habuit, sibi specialiter elegit, quos Apostolos nominavit Luc. 6. Idem etiam videtur seruasse in sacris Religionum nominibus imponendis, quæ quidem & Collegio Apostolorum, & Discipulorum congregationi successerunt, eorumque prærogatiuis, & vitæ instituto: alia enim dicitur S. Francisci, alia S. Dominici, alia Augustini, Brunonis alia &c. Verum enim verò, quos Apostolos nominavit, elegit sibi IESVS specialissimè, nolens alio Nomine compellere, quàm suo. Societas IESV. Quis ergo harum omnium (*addit fol. 166.*) Religionum vobis videtur esse maior? Ad opera respicite: Aliæ Religiones profitentur, hæc vitam Doctorem, illa Pauperum, hæc Martyrum, illa Virginum, Religio vero Societatis profitetur (& ex voto quidem) Apostolorum vitam, pergentium ad infidelium conuersionem quocumque placuerit Romano Pontifici. Ex quo patet, (*infert iam cum D. Thoma*) quod Apostoli sunt omnibus alijs Sanctis quacumque dignitate, & prærogatiua, siue virginitatis, siue doctrinæ, siue Martyrij præfulgeant, præferendi, &c. Et postea fol. 167. Respicite (*inquit*) ea omnia facinora quæ à sua fundatione patrauit Societas, tot idololatrarum Prouincias ad Christi fidem conuersas, tot Hæreticorum oppida obedientiæ Romani Pontificis iam penè subiecta, tot fidelium pueros bene educatos, tot Religiones eius seminarijs iuuenibus plenas, tot sæculares Sacramentorum frequentia feruentes, tot in sacram Scripturam Commentaria æquè docta, ac acuta, tantam Theologiæ Scholasticæ excellentiam (vt si inter discipulos annumeretur qui ab alio discit, nullus hoc tempore Theologus est, qui Discipulus huius Ordinis non sit) tot insuper libros respicite, quos in hac, & alijs facultatibus conscripserunt, tantum sanguinem pro fide fufum, tot Sanctos, tot Illustres viros, &c. quæ omnia innumeris Societatem laudibus ornant. Et tandem fol. 172. vsque ad

II. No-
m...e spe-
cialiter in-
signita.

Ceteris
Religioni-
bus præ-
fertur quia
Apostolica.

Eius faci-
nora præ-
clara, in
Infidelium,
& hæreti-
corum con-
uersione.

Ac doctissi-
morum vo-
luminum
editione.

ad 174. concludit. Huius Ordinis Professio martyres facit. Vnde IESV Societatem, Martyrum Ordinem possumus appellare. Et quæ Crux huius Martyrij? rogas? non alia quam abnegatio propriæ voluntatis; quam et si aliæ profiteantur Religiones, in nullâ strictius quàm in hac Familia, siue id sit ob speciale eius regimen cum vno supremo Capite, siue ob electionum defectum, siue ob votum non admittendi dignitates, siue ob alias occultas causas. Ego sanè intelligo in propria abneganda voluntate, nulli Religioni cedere Iesu Societatem, & fortè pauca in hoc illi æquantur. Hinc colligo Martyrij eius Crucem, secundum illud Christi Domini, Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem suam. Idque forsam indicat Crux illa, quâcum idem Dominus apparuit Ignatio: id IESV Nomen dulcissimum, quod hæc Sanctissima Religio pro signo suæ Nobilitatis habet. Si enim eius Religiosi Cruces, vt dicebamus, portant, in illis IESV Nomen, vt in proprio loco collocandum venit. Vbi enim IESVS Nazarenus nisi in Cruce suffixus? Felix millies Religio, quæ Nomen Iesu vti proprium habet, ita eius Crucem pro baculo, ipsum pro Socio: Societas IESV. Hæc ille in summam Societatis, & Sociorum commendationem.

Est Ordo Martyrum.

Eorum Crux propria voluntatis abnegatio.

Matth. 16 24.

Nomen IESV, suæ nobilitatis signum.

Crux baculum, IESVS Socius.

29. * A BERNARDO LOPEZ SVSARTE. graui Scriptore, qui præclare idem argumentum nec dissimili eloquentia & benevolentia erga Societatem profequitur in Thesauro Ecclesiæ demonstrat. 8. fol. 259. col. 3. Gloriosus (inquit) Benedictus spinas elegit, quas nudus pro lecto habuit; S. Dominicus flagella, quibus carnem cruentabat; S. Franciscus Christi stigmata in Corpore suo portauit; B. vero P. Ignatius et si ferus venerit, asportauit tamen Crucis Titulum cum IESV Nominè, quod per totum Orbem Sancti, ac Noui Apostoli suæ Societatis maximè illustrarunt, bonum sui odorem doctrina, & exemplo spargentes, Euangelijque balsamum vitæ dispendio, ac Martyriorum per terram totam effundentes. Hæc ille.

Ignatij insigne Crucis Titulus cum IESV Nominè.

Quod noui Societatis Apostoli maximè illustrarunt.

Elogiorum
congloba-
tio.

30. * A SEBASTIANO DE LA PARRA *In unum quasi fasciculum flores sequentium Elogiorum colligente, Societatemque appellante, Ierusalem Nouam; Matrem Illustrium Virorum; Deorumque fortium; Ciuitatem Dei; Mare immensum doctrinæ cælestis; Fontem amoris, Pietatis, Pœnitentiæ, Meditationis Altissimæ, Mortificationis, ardentisque zeli; ac demum Templum fide, Religione, Modestia, amore ac scientia velut lapidibus pretiosis constructum. Hæc ille in lib. festorum Salmanticens. de Beatif. S. Ignatij fol. 42. col. 1.*

Societas in
Ecclesia
Paradiso
noua Eua
veterem
superans.

31. * AB ANTONIO DE PERALTA *Singulariter asserente, & non minus singulariter probante, Societatem IESV in Ecclesiæ Sanctæ Paradiso, esse Euam Nouam, veterem aliam superantem. Hæc ille Ibidem fol. 102. Vbi consule dicti huius discursusque nouitatem.*

Eius Insti-
tutum forte
scutum, &
inexpugna-
bile Roma-
næ Ecclesiæ
munimen.

32. A SYLVESTRO MAVROLYCO *Abbate S. Mariæ de Roccamadore, qui post multa eleganter de Ecclesia, & Societate disputata, ita demum concludit: Non alto absque mysterio disposuit æternum Numen, vt ab almâ Vrbe Româ, Christi in terris Vicarij summâ Sede, suam traherent Originem Socij, quorum Institutum forte scutum, & inexpugnabile Munimen Romanæ Ecclesiæ esse dedebat. Hæc ille apud Imag. 1. sæc. Societ. lib. 5. cap. 11. fol. 679.*

Sententia
Societatis
circa scien-
tiam Me-
diam pro-
pugnata.

33. A PETRO A S. IOSEPHO *Ex Congregatione Fulgenfi, eademque clarissima Cisterciensium Familia, qui luculentissimum edidit opus aduersus Prædeterminationem Physicam: in quo fortiter dimicat pro scientia Media, doctrinaque Iesuitarum, præcipuè disput. 2. sect. 10. §. Nihil denique &c. Vbi hæc inter alia habet. Simulque aduertit, vt alia commoda præteream, sine ope scientiæ Mediæ certitudinem Prædestinationis, efficaciam auxiliorum gratiæ & similia cum libertate nostra cohærere non posse, vt proinde ingenue fatear eos omnes, qui Theologiæ dant operam, velle eo titulo plurimum debere prædictis Auctoribus (videlicet Societatis IESV Magistris) quod in illustranda scientia Media operam suam egregiè collocarint, suisque*

fuisque lucubrationibus, criminationum caliginem ipsi effu-
sam dispulerint. *Hæc ille apud Paulum Leonardum in Apolog. pro
dicta scient. Med. par.1. num.59. & postea par.3. num.50. subdit:*
Quare prædicta scientia immota stabit, etsi nonnulli magno
verborum strepitu irrumpant in eam, fundata est enim su-
pra firmam petram solidæ & inconcussæ veritatis; & alioqui
Propugnatores nacta est eximios, & robustissimos, qui pro
illius salute grauiter decernant. Hi sunt (vt plerisque alios
taceam) Theologi omnes illius Doctissimæ Societatis, ex qua
velut ex Turre Dauidica mille clypei pendent, omnis arma-
tura fortium. *Sic ille in grande Societatis encomium, laudans su-
pra meritum, & indulgentissimè eius Theologos.*

*Qua exi-
mios, ac ro-
bustissimos
nacta est
propugna-
tores.*

*Societas
Dauidica
Turris,
ex qua
mille Do-
ctorum clypei
pendent.*

34. A IOAN. CARAMVEL Abbate in Monte-Serrato, &
Regni Boemiæ Officiali Generali in sua Theologia Morali Fundamen-
tali edita Francofurti ann. 1652. qui Fundamento 55. §. 6. fol. 547.
inquirt an Iesuitis Iansenius nocuerit? & sic resoluit. Solem, *in-*
quit, obscurum dicat Noctua: & Ego qui contrarium pro-
prijs oculis video, non habebō minoris solis radios, sed No-
ctuam cæcutire dicam. Iesuitas esse Pelagianos dixerunt Ian-
seniani, & dicunt: An ne ideo occidi poterunt? minime.
Quoniam quot radios Noctua soli, tot Iansenius Societati
detraxit: quotquot enim prudentes Pseudo Augustinum
legunt, non dicunt Iesuitas esse Pelagianos, sed Iansenium
esse calumniatorem (*is erat Iprensis Episcopus*) Præscripta enim
sæculo integro Societatis pietas, tanto Martyrum sanguine
condecorata, & roborata, non est quæ obscuretur tetro an-
helitu vnus aut alterius Hollandi. *Flucusque doctissimus Cara-
muel, (iam vt audio insulatus Episcopus.)*

*Ad tanti
solis radios
noctua cæ-
cutit ini-
mica.*

*Plurium
Martyrum
sanguine
condecora-
ta, ac robo-
rata.*

AB HIERONYMIANIS.

35. **A**B HIERONYMO GARCIA Priore Regij Conuentus
S. Engratiæ Cesaraugustani Ordinis Desinitore, ac Scrip-
tore nouissimo Tom. 1. Polit. Regular. Tract. 1. difficult. 4. dub. 5. n. 8.

Societas
illustris
Religio.

Eius finis,
approbatio,
& incre-
mentum.

Illi pluri-
mum Ec-
clesia, ac
Regularis
status de-
bet.

In quarto (inquit) Religionum Mendicantium loco numerari potest Societas IESV. Religio adeò illustris, uti totus orbis percipit, ac videt. Eius finis est, ut dicitur in eius Constitutionibus cap. 1. examin. §. 1. non solum in propriam, sed etiam in salutem proximorum incumbere. Regulam specialem non habet præter Constitutiones, & leges, quas reliquit S. Ignatius Fundator. Eas approbavit, & Religionem confirmavit Paul. 3. anno 1540. Julius 3. ann. 1550. Greg. 13. an. 1584. Tridentinum Sess. 25. cap. 16. Incrementa huius magnæ Religionis, obsequiaque quæ in Ecclesiam præstitit, ex se patent. Aliqua habet in suo regimine ab alijs Religionibus diuersa: cui multum status debet Regularis ob magnam in spiritualibus, & temporalibus politiam. Hæc ille.

36. * **A** SIMONE DE ESPINOSA Priore, ac Theologiae Professore in Regio Conuentu Granatensi, & S. Officij Qualificatore, in approbatione vitæ S. Ignatij per P. Andream Lucam (in Scriptura Sacra Magistrum meum Granata etiam colendissimum) excellentiori exarata penicillo. Ibi laudato pro dignitate Auctoris opere, his ferme verbis finem facit. Dignum Opus homine Societatis: poterunt (& quidem iure optimo) tum Auctor, tum eius Sacra Religio sibi certo polliceri hunc librum typis mandatam operarium fore longe diligentissimum, & eloquentissimum Orationem inter omnes, qui iuxta sanctissimum Institutum animas Deo conciliant.

Eius San-
ctissimum
Institutum
animas
Deo concili-
ans.

37. **A** MICHAELE PALAIN Sacrae Theologiae lectore in Regio B. Engratiæ Cesaraugustano Monasterio, diuini verbi declamatore ac Scriptore nouissimo, in Tractatu Appendice de Ioanne Cassiano

frano Monacho Hieronymiano, ad finem Tomi 1. in Euangelia Quadrages. fol. 741. col. 2. ubi postquam Ignatium, Patrem coruscum vocat, & refluxentes eius filios mutatos in Sydera cælitus illuxisse, asserit, statim subdit: Ignatij Societas, vt Moyses ex aquaeducta: illius Proteatrix B. Maria: illius Duces IESVS, & MARIA: in Concilio Tridentino cælitus producta, cuius scopus ad Maiorem Dei Gloriam: Cuius filij honorum refugia; sapientiæ Templum, Religionum alma Prens, Diaboli occasus, luci dedicata totius orbis illustrans oras, lingua salutaris, pennæ salutare, Sacrarium scientiæ, intellectus perspicax, &c. Hæc vir doctissimus, magnusque Societatis, ac Sociorum encomiastes.

Ignatium coruscum Prens, fidei filij. Societas, vbi Moyses ex aquiseducta. Eius Duces, IESVS, & Maria. Varia Sociorum ac Societatis encomia.

A DOMINICANIS.

38. **A**B. IOANNE MICONE Micante Ecclesiæ fidei, doctissimo B. Mico Societati egregie fauente. *mo aequè ac Sanctissimo Theologo, qui perditos interdum homines implicatissimæ conscientie, cum sani esse cœpissent, & suos mores componere animum induxissent, auxiliij consilijque causa mittebat ad Nostros, maiori cum Societatis laude, quam referre modestum sit. Is magnoperè Societatis existimationi, dum à maleuolorum obtrectationibus eam vindicat, & eius palam vsu, crebraque consuetudine retinetur, sua auctoritate consuluit. Omnino delectabatur Sanctissimus senex nostris rebus, nostrisque progressibus, perinde ac si vnus aliquis de nostris esset: & fieri rerum omnium particeps accuratè volebat, que tota Societate, præsertim apud Indos gererentur. Insignis vir ille fuit, & illius decus ætatis, quem miraculorum commendatione Sanctitas illustrata Beati vocabulo decorauit. Sic refertur Par. 1. Hist. Soc. lib. 14 num. 70.*

39. **A**B. LVD. BELTRANO: Qui haud dissimili & animo erat, & patrocinio ex eodem Sacro Prædicatorum Ordine, alterum Valentis per id tempus lumen. Quorum quo conspectior auctoritas erat, cum sua luce, tum splendore per tot sæcula corruscans.

Itemque B. Beltrano.

tis Familiae, hoc maiorem inde commendati Sociorum labores in populis, ad eos iuandos, curandosque habebant vim. Ita Ibidem.

Generalis
Romae li-
tera ad
suos pro
Societate.

Qua veluti
praesidiaria
manus con-
tra hereti-
corum tela
à Deo sub-
missa.

Et à Pon-
tificis ob in-
gentes fru-
ctus, quos
in Ecclesia
facit, ap-
probata.

40. A FRANCISCO ROMÆO Magistro Generali Ordinis, viroque plane doctissimo, qui cum per vnius inconsideratum zelum, excitatam contra Societatem doluisset flammam, ad eam restinguendam, hoc edidit suis mandatum: Pateat vobis qualiter hoc calumnioso tempore, quo religio Christiana Hæreticorum telis impetitur, malorumque Christianorum peruersis moribus labefactatur, nouus Ordo Presbyterorum Regularium sub titulo Nominis IESV, de Vrbe quasi praesidiaria manus Dei benignitate submissus est: quem ob ingentes fructus, quos lectionibus, & concionibus publicis, priuatorum exhortationibus, confessionum audientia, ceterisque Sacris exercitijs, ac Sanctorum morum exemplis in Ecclesia facit, sanctissimus in Christo Pater & D. N. Paulus Papa Tertius approbavit, & confirmavit. Quod ideo vobis significatum volumus, ne huius Instituti nouitate seductus quispiam vestrum commilitones suos ad eundem scopum tendentes, & à Deo sibi suppetias missos, per errorem fortassis oppugnet, eorumque detrahat Institutis, quorum fructibus gratulari, & pios actus æmulari debuerat. Credimus quidem vos omnes, vt pote cælesti sponso dilectos, & amicos, varietati, qua sponsa illius amicitur, non detracturos; sed eam potius caritate, quæ congaudet veritati, complexuros, & exosculaturos. Attamen, ne Officio nostro delimus, omnesque motus præueniamus, vobis omnibus, & singulis præfatis fratribus præsentium tenore mandamus, & auctoritate nostri Officij in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis arbitrio nostro taxandis, præcipimus ne dicto Ordini per Apostolicam Sedem approbato, & confirmato, aut eius Institutis villo modo detrahere, aut de eo obloqui audeatis, tam in publicis lectionibus, sermonibus, & congressibus, quàm in priuatis vestris colloquijs; quin potius eum, Presbyterosque eos tanquam vestros commilitones iuuate, & contra impugnantem pro-

protegere, & tueri studeatis. Datum Romæ 10. Decembris, 1548. Ita refertur in eadem 1. Par. Histor. Societ. lib. 8. num. 50.

41. AB ABRAHAMO BZOVIO *Sacræ Theologiæ Magistro, scriptoreque sapientissimo in suo Tomo de Romano Pontifice cap. 24. fol. 246. qui fructus vberes, quos in toto orbe fecit Societas, sic describit.* Paulus quoque tertius, Paulus 4. Pius 4. & 5. nec non Gregorius 13. Societatis IESV Patres illo ire iusserunt (ad Indias scilicet occidentales) quo cum penetrasent, parum habuerunt, Christianos qui iam erant excolere, nisi etiam Evangelium latius propagarent, eoque inferrent, quò nunquam antea peruenerat. In Iapone enim sexaginta Regnorum regione, quidquid est Religionis ac fidei, ipsi soli plantaerunt, soli rigauerunt; Deus autem tale incrementum dedit, vt illic centena millia Christianorum censeantur. In Regnum quoque Sinense illud tantum tamque opulentum, vt fidem pene excedat, quod antea clausum à Dæmone tenebatur, illi tamen splendorem Euangelij intulerunt, nihil veriti tam hic, quam alibi periculum capitis, quod plurimi ex eis æque atque Franciscani, Dominicani, & alij adierunt, & in sanguine perfuso sementem Christianorum seuerunt. *Hæc ille.*

Societas Christianos in India excolit.

Et Evangelium ed, quò nunquam peruenerat, intulit.

In Iaponia quidquid est fidei, ipsa plantauit.

Et in Regnum Sinense non sine sanguine penetrauit.

42. A FRANCISCO FORERIO *Scriptore doctissimo, qui Concilio Tridentino interfuit, & in Epistola ad Henricum Cardinalem ante Commentarios suos in Isaiam, Societatis homines appellat, Sanctitate, & doctrina excellentes viros.*

Socij sunt viri sanctitate, ac doctrina excellentes.

43. A LVDOVICO GRANATENSI *Nobili Ecclesiaste, scriptoreque laudato nunquam satis, deque tota Christiana Republica suis voluminibus optime merito: qui è Societatis aduentu ad inchoandum Eborense Collegium magnam hausit animo voluptatem, Cardinali insuper, qui eius opera plurimum utebatur, ea de re tanquam de sua mirifice gratulatus. Amabat enim pro sua benignitate, & magni faciebat hunc nouellum Christi Cætum. Itaque cum vicissim ei Cardinalis mandasset, vt ipsius pro concione consilium de instituendo Collegio significaret; id ille prolixè, nec sine magna Societatis com-*

Societas Cætus Apostolicus.

Ad hominū salutem tuendam, & veterem in Ecclesia sanctitatem renouandā conspirans. mendatione fecit, cum diceret, Eam Apostolicum quemdam Cætum esse, qui ad hominum salutem omni ratione tuendam roborandamque in Ecclesia Dei veterem sanctitatem totis viribus conspiraret. *Sic i. Par. Hist. Soc. cit. lib. II. num. 69.*

Laudata in Ignatio Parente Societatis, & prudentiæ speculo.

Ingenti fructu in omnes mundi nationes penetrauit.

Egygia Granaten- sis Epistola in defensionem & filamen Societatis. 5. Reg. 2. 20. Ioan. 9. 6. 4. Reg. 20. 7. Exod. 1. 5. 9.

* AB EODEM In quadam Epistola ad P. Ribadeneiram approbante vitam Parentis Sanctissimi Ignatij ab ipso conscriptam. Legi (inquit) aliquando, & nunc iterum quintum Ignatij vitæ librum (quem ad me tanquam ad antiquum Societatis filium Patres miserunt) euoluique maxima iuspensus admiratione ob vitam, heroicis mirabilesque virtutes illius sanctitatis, & prudentiæ noui speculi, quod luctuoso hoc æuo Deus in lucem edidit, vt infinitas animas ad exitium ruentes sempiternum ad æternam eueheret fælicitatem. *Hæc ille. Et in altera Epistola ad eundem Ribadeneiram, quæ inuenietur initio vite eiusdem S. Ignatij iam dictæ, subiungit: Quod maius gratiæ miraculum potuit diuina potentia gerere, quam militem omni militari licentia perditum, nullis litteris imbutum, tantisque perfectionum iaculis ab Vniuerso Mundo peti- tum, vt aptissimum instrumentum assumeret ad prima vnius Ordinis fundamenta iacienda, ex quo tam ingentem experimur fructum & qui tam breui temporis periodo in omnes mundi Nationes penetrauit.*

* AB EODEM In altera ad quemdam è Nostris Epistola verè aurea, in qua ille Societatis famam à Canino dente maculatam defendit stylo sane acuto, & eleganti. *R^{mc}. Pater (inquit) Deus scit quantum meo animo dolorem V. R^e. litteræ intulere: nollem enim nostro damno Vestræ Familiæ emolumentum ex- cresceret: nam in hoc negotio iniuriati damnum minus ex- timeo, quàm iniuriantis. Etenim dudum mihi diuini opificis cognitus est, res ad exitum perducendi stylus, qui aquas amaras sale edulcat, oculos luto illuminat, vulneribus ficuum malsâ sanitatem inducit, Israëlitis filios duris Pharaonis experimentis, & Christianorum populum tyrannorum rabie,*

& id-

& infectatione multiplicat. Sed quid mirum, cum diuinorum operum communissimum sit rebus ut inter se pugnantibus, ut ad perfectionis culmen omnia deducat: sicuti Ioseph seruitute ignominiosa, qua fratres somnia eius inania facere conabantur, ad eius felicitatem usum admiramur. Ita quod ille Dominicanus Pater (*Canus hic erat*) ad vos omnino euer- tendos assumit, Deus in vestrae celsitudinis remedium con- uertit. Et verius est ipsum terram vestram tot laboribus ad feliciores fructus disponeret, quam vos ad secundam Anti- christi messem vestris operibus properari. Credo equidem ipsum, de quo acclamat patientissimus Iob, qui ponit ven- tis pondus; quiq; Gentium Apostolo carnis stimulum admo- nit, ne reuelationum magnitudine per superbiam extollere- tur, Vestris RR. hoc flagellum prouidisse, ne plausus celsitu- do, aut egregia totius Orbis existimatio in superbiam vos extolleret. Ad memoriam reuocet V. R. segetes nunc aeris suauitate indigere, nunc rigorosis frigoris experimentis, & siccitate, ut primum illas ad desideratissimum culmen subli- met, secundum profundioribus radicibus terrae viscera pe- netrantibus obfitmet: id ipsum spirituales plantae, quas Deus in Ecclesiae campis ad sui glorificationem conferit, sibi iure optimo deposcunt. Sicut enim laudibus (quando immode- ratae non sunt) virtus excrescit, ita laboribus amplius robo- ratur. Maximo ergo gaudio V. R. exundet, quod Socie- tas ipsismet Ecclesiae Primitiae vestigijs insistat: Et va Roma quando funditus euerteretur Cartago. Hoc dumtaxat V. R. enixe oro; ut Deo orationes instanter fundat, ne vnus culpa in Nos omnes rigorosam prouocet eius flagellum; die vltima Martij 1566. Ita Ludouicus Granatensis Societatis fama defensor acerrimus, cuius haec vltima Epistola latine a nobis reddi- ta, vulgari lingua, sed non vulgari stylo inuenit lector apud P. Eu- sebius, vita B. Borgiae lib. 2. cap. 31.

44. A IOANNE DE LA PEÑA Ex eodem sacro Ordine singu- lari pietate, ac doctrina viro, & Salmanticensium Doctorum è nu-

Gen. 37.

19.

Iob. 28.

25.

2. Cor. 12.

7.

*Qua per-
sequitur, ne
egregia or-
bis existi-
matione
superbiat.*

*Laboribus
roboratur
Ecclesia
instar.*

*Societas
aduersus
impugna-
tores de-
fensa.*

mero qui acri studio diuini honoris accensus inter tot, tantaque So-
cietati criminationes oblatas, inuestigare, ipse per se, studioseque per-
scrutari mores eius, & Instituta cepit. Cumque omnia reperisset longe
alia, atque ea, que ab impugnatoribus iactabantur, non dubitauit re-
centem Ordinem iniuria vexatum aduersus Collegæ morsus (is etiam

*Iobo similis
in persecu-
tionibus.
Iob. 19. 2.*

Canus erat) tum lingua, tum etiam Calamo defendere. Aduersarijs
Societatis (aiebat) non secus accidisse, atque lobi sancti ami-
cis, qui cum falso sibi persuasissent in hac vita neminem à
Deo, nisi nocentem rebus asperis exerceri, ex eo pronun-
ciato, ac vana persuasione collegerant Vniuersam calamito-
fissimi viri vitam nihil veræ solidæque Sanctitatis habuisse,
sed meram simulationem ac fucum: ac proinde consolatio-
nis loco reprehensionem exorssi, multa protulerunt in simu-
latorem quidem rectè cadentia: quæ tamen in virum reipsa

*Et Christo
Domino.*

Sanctum, Deoque gratissimum collata distabant à vero lon-
gissimè. Similiter Phariseos ex ipsorum Christique vitæ dif-
similitudine, ac præsertim quod traditiones, quas illi primas
habebant, magister cælestis posthabebat Dei præceptis, &
illas quidem omitti non oportere, sed hæc facienda, in his
insistendum docebat: persuasos nihil in eo veri esse, cum se

*Ioan. 10.
36.*

Dei filium perhibebat, blasphemiam proclamasse. Quæ opi-
nioni illorum congruens erat appellatio, & vera, si conijce-
retur in mentientem, sed collata in verum Deum, ipsa erat
maledictum horrendum, & blasphemia. Similiter ergo So-
cietatis accusatores, cum sibi persuaserint eam Antichristo
præire, ac præsternere iter, multa de Hæreticorum moribus
disputare, non aliena, si per sese considerentur à vero: sed
quæ ad hunc Ordinem traducta manifestè falsa, & contu-

*Vberes eius
in Ecclesia
fructus.*

meliosa sint. Nam in primis à Sede Apostolica comproba-
tam esse Societatem; deinde negari non posse, quin vberes
in Ecclesia Dei fructus, vbicumque versaretur, afferret.
Quæ duo argumenta S. Thomas virget contra eos, qui Reli-
giones impugnant. Ad hæc certum esse Religiosi naturam
Ordinis, votorum compage quasi vitalibus artubus conti-

ncti:

neri: cætera extrinseca esse, proque Instituti modo, aliter atque aliter apte ad finem propositum temperari. Quam ad amissim exigenda ea, in quibus hic Ordo ab cæteris differt. Ac nominatim quod non nisi communi Sacerdotum vestitu, quo facilius in hominum quorumuis, ac præcipuè Hæreticorum ad omnes Christo lucrificandos det sese consuetudinem, planè esse Dei sapientiæ, vitæ Apostolicæ, Christique conueniens. In ipso vero Religionis cuiuspiam Auctore non requiri miracula, quæ non fidelibus, sed infidelibus signa sunt. Quin potius, hoc planè esse Antichristi dogma, si quispiam asseueret nullum hominum cætum recipiendum, cui non rerum admirabilium perpetratio suffragetur. Quippe nouissimis temporibus in Ecclesia perrara fore miracula, cum tamen Antichristus, eiusque satellites falsorum prodigiorum multitudine in fraudem inducturi sint, si fieri possit, etiam electos. Ac mirum sane videri aduersarios mentionem fecisse signorum: cum facilius fuerint suam de Antichristo persuasionem confirmaturi, si miracula huius Ordinis multa celebrarentur: quæ tanquam fallacia criminantes, cæteris Antichristi notis adiicerent. Sed admirabili sapientiæ diuinæ dispensatione factum, vt Societatis filij non ita multa in Europâ, terrisque fidelium miracula ederent, nisi certa, & extra calumniam posita, reddentes passim non corporibus, sed animis sanitatem, ac vitam. Denique, *aiebat Peña*, fortasse aduersarij dicent, Petri Cathedram, quæ firmamentum est veritatis, posse in confirmandis Religionibus saltem in facto errare, quod tamen concederem, tamen equidem semper crediderim, te potius hominem nescio quem, quàm Christi Vicarium falli. Verum enim verò prædicare Ordinem religiosum, quem Sedes Apostolica ritè (nam quis vnquam aliter factum ostendet) comprobauerit, perniciosum Ecclesiæ esse, Antichristi Antecursorem, atque homines ex ea professione omnes natura status ipsius deceptos, aut deceptores esse,

*Varia in
Societatem
criminationes
ex-
puncta.*

*Matth. 24
24.*

*Potiora
Societatis
miracula
animarum
salus.*

esse, res est in omnes partes absurda, ne quid grauius dicam. Nam alioqui Ecclesia, *inquit*, manca esset, nec sibi sufficiens, si Spiritus Dei in re tam graui errare illam sineret; comprobando, ac proponendo cuncto Christiano populo nomine virtutis, & Christi vitæ genus, quod esset Antichristi, atque Diaboli. Absit, absit. *Hæc scripsit, vulgavitque non modo ex Ordine, sed etiam Cœnobio eodem Peña doctissimus, in Societatis defensionem, ut constat ex I. Par. Hist. Soc. lib. 8. nu. 49.*

Iterum propugnata celebri Apologetico.

In cuculli defectu, & non admittendis expulsi aliorum Religionum.

In Chori non vsu, & modestia exteriori.

* AB EODEM quem singulas aduersariorum criminationes aduersus Societatis Institutum, & modum in particulari dissoluentem vulgari lingua, leges Tom 3. virorum Illustrum Soc. fol. 313. in vita P. Michaelis de Torres S. 3. verbis sane grauissimis, & euidentissimis, quæ latinè reddita sic se habent. Non est (*inquit*) odio moueri Societatem erga alias Religiones Cucullum non induere, nec scapulare, sed medium aptissimum eligere ad suum finem assequendum; neque id agit sine aliorum Ordinum exemplo, qualis est Clericorum Regularium S. Augustini. Nec nouum est in super nolle eos admittere, qui in alijs Religionibus à prima vocatione defecerunt, ob animi inconstantiam, & id ad exemplum Ordinum Militarium. Nec chorum esse de Religionis essentia, quis dubitet, quo Religio Apostolica caruit, & Dominicana in prima sui fundatione; immò & S. Gregorius prohibuit in quodam Concilio sub excommunicationis pœna, ne Sacerdos, aut Diaconus in choro caneret: & à choro cæteræ Religionis Scholares suos lectores, ac Prædicatores eximunt. Quare ergo, infert, vitio Societati tribuendum, hoc onere liberasse suos, quorum Institutum, ac professio tota est in salutem, & perfectionem proximorum incumbere, iam lectionibus, iam Prædicationibus, iam Missionibus, & similibus. Nec compositionem, & modestiam exteriorem Sociorum fictam, aut fallacem esse, temerè iudicandum est, sed veram in oculis Domini: eamque non minus necessariam fore ad illustrandam, conseruandamque in suo virore virtutem, quam folia, quæ natura ipsa prouidit

vidit arboribus, non tam ad sui ornatum, quam ad fructus maturandos, conseruandosque. Nec Societatem abscondere à solis oculis suum Institutum, sed illud viris doctis, grauibufque communicare, vulgaribus hominibus non item, quorum excedit capacitatem. Nostrosque non solum docere iuuentutem iam maturam, sed etiam pueros in Scholis, ex quibus Reipublicæ reformatio pendet. Nec superbiæ aut arrogantiaë tribuendum Societatis IESV Nomen ab Ignatio impositum, & à Pontifice confirmatum: sicut quia S. Dominicus Prædicatorum suam Religionem nominauit, Minorum S. Franciscus suam ob humilitatem, alias Religiones Humilitate, & Prædicatoribus carere dicendum non est: sicut etiam Trinitas Sanctissima ita suæ Religioni deuincta non est, quin omnibus etiam se communicet. Nec rigor Pœnitentiarum qui desiderari videtur in Societate, carpendus, quia etsi nullas habeat ex regula, proponit tamen faciendas secundum subditi necessitatem, & ad superioris præscriptum. Quod si Oratio sine mortificatione esse non potest, vt constat experientia, sequitur aptissimam, & vtilissimam esse, & magni fructus interioris Sociorum pœnitentiam, quia hæc cum spiritu ab illis fit, viuidoque se mortificandi desiderio. Nec communis modus victus & vestitus, corporis commodis, delitijsque indulgere Societatem probat, vt criminatorem exprobrat: quia nimis verum est hoc Saluatoris Oraculum: Venit Ioannes Baptista neque manducans, neque bibens: (venere tot alij Religiosissimi Ordines & sanctæ austeritatis exemplo inclaruere) & dicunt; Dæmonium habet. Quid vltra? Venit filius hominis manducans, & bibens (venit IESV Societas Ducis sui exemplo communi habitu, victuque contenta) & dicunt: Ecce Homo vorax, & potator vini. Ecce mollis, lauta, delicata Societas est. Nec insuper vituperandus plausus, & honor ab omnibus exhibitus, cum honor sequatur instar vmbraë virtutem. Domos suas in magnis Vrribus, ac populis collocare, necessarium est in huius Religio-

In suo Instituto, & IESV Nominis.

In pœnitentiarum rigore, victu, & vestitu.

Matth. 11. 18.

Ibid. v. 19.

In Collegijs, & spiritualibus exercitijs.



nis exordio, in quibus vberior iuuenum copia ad Religionis augmentum: & ex paucis quos Societas numerabat, illorum nonnulli in excolenda Orientali vineâ occupabantur. Quod de Exercitijs spiritualibus diuulgabatur omni suspitione carere asserit, cum eorum liber visus & examinatus sit à viris doctissimis etiam Dominicanis, & à Sede Apostolica approbatus: & mirum quantum proximos inflammare possit, qui in horum exercitiorum vsurpatione prius proprium animum accenderit. Nec dolum, *addit*, ponendum vllum esse in repudiandis dignitatibus, siquidem obedientiæ Summi Pontificis in illis admittendis se Societatis homines subiiciunt. Quæ omnia cum ita se habeant (*concludit*) laudandus maximè est huius Religionis Fundator, fructus enim adeo suaues & dulces non vitium, aut amaritudinem arguunt, in radice. Nec quod, vt nouitatum inuentor fuerit persecutionem passus, Societatis Auctorem suspectum reddit. Hæc enim est via regia per quam hæcenus omnes Sanctissimi Fundatores progressi sunt: semperque ita accidit, libertatem, & relaxationem inuenire in mundo mille Patronos, virtutem vero vix vnum, qui eam foueat, ac protegat. *Huiusque doctissimus Peña, id est à rupe dictus: rupe enim firmissima Socijs ille fuit, quâ tot persecutionum fluctus ruptis, perforactique sunt.*

*Ac tandem
in repu-
diandis di-
gnitatibus.*

*Ignatius
laudatus.*

*Societas
Salomonis
Regia.*

*Eius vir-
tus, ac ze-
lus.*

45. * A LVDOVICO DE OLIVA, Priore Sanlucarensis in Bætica Conuentus, egregioque Predicatore, è publico suggestu sic in Societatis laudem perorante, vt constat ex eius sermone in Beatificatione S. P. Ignatij, à fol. 3. col. 2. Vos (*inquit*) inuito Auditores, ad perlustrandam Salomonis Regiam ab Hispano Sanctitate illustri excitatam, in cuius contemplatione hæcere attonitum, non erit alicuius ignorantia indicium, sed prodigiosa maiestatis commendatio. Quæ virtus! qui Zelus! quæ contemplatio! Testes sint Hispania, Italia, Germania, Gallia, Anglia, Scotia, Dalmatia, Hibernia, nouus Orbis, Ierusalem, Iaponia, Sueuia, Britania, Turcicique Vastissimi Tractus.

Stus. O quàm excelsa Domus! Quæ Nobilitas! qui Duces! Domus excelsa nobilitatis.
 qui Gandiæ! qui Antelati! qui Padillæ! qui Guzmanes! qui
 Mendozæ! Soromaiors, Zunigæ! Qui Doctores! Hæc profecto
 abyssus est profundissima. Qui Scholastici Theologi! Doctrinæ abyssus profundissima.
 quàm ingeniosi! qui Legistæ! qui Interpretes! qui Canonistæ!
 qui Astrologi! qui Arithmetici! qui Geometræ! qui Philolophi!
 qui Metaphysici! qui Logici! qui Humanitatis Magistri!
 qui Græci! qui Rethorici! qui Hebræi! Quæ Sanctitatis
 Officina! qui pœnitentium expiatores! qui diuini verbi
 Concionatores! qui animarum Pastores! Ad rem attende:
 hic enim nulli recessus, nullæ distantes imagines per
 dolum repræsentantur: omnia quàm propriè sese ingerunt
 sensibus; & hæc mea mens est, vt exultem, si Societatis
 res laudibus æquare velim, omnem conatum meum superatum
 iri. O quæ Salomonis Regia! in cuius penetralibus, quot
 filijs concessa ad pacatissimam quietem domicilia?
Et postea fol. 5. col. 1. addit. Quando omnia in terram misero
 aduoluebantur præcipitio, & cum extimescendum erat ne
 istius Machinæ spiritualis ruinâ diuina gloria in orbis
 peliretur tenebris; Ignatius è semi dirutis illorum mænium
 lapidibus sublime erigit Ædificium, excitat tanquam Architectus
 Religionem ad eò firmissimo robore præditam, vt in illa
 totius Ecclesiæ cellissima Domus facile valeat niti, & incumbere
 &c. Quod igitur *(ait col. 2.)* nec Ignis, nec stellæ ante
 huius Sacræ Religionis aduentum potuère, Hæc Magna Lux,
 Ciuitasque Magna perfecit, in cuius mænibus Deus Pharos,
 lucernas, ac luminaria ad fugandas ignorantie tenebras
 accendit. *Et rursus fol. 6. col. 1.* Quia vero hæc Sacra Religio
 clarissimam nobilitatem suam & genus à stirpe Regia oriundum
 modestiæ velo tegit, illud prætermitto, & ad singularem
 vitæ eius mixtæ perfectionem progredior, in qua legatos,
 & Paranimphos habet, &c. Nec Societati *(ait col. 2.)* negandum
 Religionem esse meditationi, & contemplationi deditissimam,
 & simul voracem laborum, omnibusque Ecclesiæ

*Librorum
vorax, &
orbis refor-
matrix.*

*Varia eius
facinora.*

*Societas
limpidissi-
ma nubes
omnes in-
differenter
irrigans.*

*Sapientia
Fons.*

*3. Reg. 17
21.*

clesiæ Ordinibus complanasse virtutis iter, totumque Mun-
dum à vitijs, & à perditione per filios suos reuocasse, & refor-
masse, pueros lacte doctrinæ, viros pharmacis exercitiorum,
fæminas pane Sacramentorum, &c. *Et fol. 8. col. 1. subiungit:*
Quis vnquam omnium Ordinum homines ad cæleste reg-
num per viam nullis mæandris impeditam, nullis flexuosis
ambagibus implexam, euexit felicius, quam Societas? Quis
ferico, bisso, & purpura splendentes, lectisque pretiosis, &
aulæis regijs quiescentes, cautos & scrupulosos fecit? Quis
milites parmarum effractores à blasphemijs, sicarios à ludo
abstinere docuit? Quis alius fideles scribas? Apparitores Vr-
banos? Veridicos, & minimè fallaces Mercatores? Agricolas
laboriosos? Carnifices pios fecit? Si Societatis Templâ fre-
quentent, quæ Mulieres deuotæ non sunt? Qui Agricolæ
decimas non soluunt? qui Canonici eleemosinas in pauperes
non effundunt, &c. *Et postea fol. 9. col. 2. Societas IESV (inquit)*
non est Ordo, qui ementitis laudibus exornetur, sed qui sine
lite plus Ecclesiæ Dei inseruierit. Limpidissima Nubes est
hæc sanctissima Religio, quam Deus è cælo demisit, quæ non
vnum duntaxat locum, sed omnes indifferenter irrigatura
volat, ita suos imbres omnes fecundatura agros spargit in
deserta, in villas, in eremum, in Sacra, inquam, Collegia, in
vniuersitates, in Scholas, in Pulpita, in Cardinales, in Episco-
pos, in sanctissimæ fidei Tribunalia, in sanos, in infirmos, in
egenos, in diuites. Hac Nube irroratus quis tristitiæ aridita-
tem non expulit? Quis infirmus inter dolorum angustias
non inuenit solatium? Quis tepidus diuinis eius ignibus non
exarsit? Quis ignarus doctrinam ebibens ex hoc fonte in sa-
pientem non euasit? *Et fol. 10. col. 1. Postquam Elisei ad paruuli
membra se coaptantis, & coadunantis reuocationem descripsisset,
exclamauit. ô sanctissimus Ordo, vbi tantæ æstimationis in-
genia, & tantæ auctoritatis viri, te ad puerorum captum non
horrent conformare, vt doctrina illos imbuant, & sanctitate.
ô insignis Religio, vbi inter tot mirabilia, nihil plus suggerit
admi-*

admirationis, quàm egregios videre viros adeò capaces, vt mille Orbium clauo valeant admoueri, toto Conatu conuersos ad pueros edocendos in grauissimis alioqui Academijs, carminibus, & soluta Oratione latine dicere, & è suggestu velut grauissimos Rethores perorare, &c. *Et fol. 11. col. 1.* Audeo (*inquit*) dicere, quod si aliqui Religionum Antesignani nunc suorum Cærium iacerent fundamenta, plurima, quibus hæc sancta Religio specialis redditur, tanquam à Republica inter omnes, quas in mundo admiramur, ordinatissima, in suorum Ordinum ornamenta emendicarent. Athenis pulsus exiit aliquando Diogenes & ab amicis rogatus, cur exilium adeo sereno vultu perferret, quatuor has causas designauit: Quia Athenis sine litteris litteræ: sine Nobilitate Nobiles: sine occupatione ciues: sine virtute studiosi. Ex hoc quadruplici capite tuas laudes celebros, ò Athenæ diuinæ! Quæ virtus? quæ Nobilitas? quæ Occupatio? quæ sapientia tua? satis est dicere, esse Nubis, & Luminis amicissimam connexionem, esse quintam licoris diuini Essentiam, igne, & instrumentis adeo purificatam, vt dulce nihil amaroris admixtum habeat, amarum nulla dulcedine fatuetur. Quæ tam perfecta animorum cum obedientia conformatio? quæ voluntatum resignationes nulla simulatione fucatæ, nullo fuco coloratæ. In Republica Atheniensi asseruit Diogenes nullam inueniri virtutem, in Societate non solum viget, sed & in externos largissimè se diffundit, vt videre est in puellæ cuiuslibet desponsatione: postquam enim eius nobilitatem, diuitias, pulchritudinem sponso commendauimus, tum demum omnem eius coronamus commendationem, addendo, illam in Societate confiteri, &c. *Et postea col. 2. addit:* Qui flores in Corollam in Horto conferit, ex omnibus meliores legit. Optimi sane Horti sunt Sacratissimæ Religionis, Societas autem Fasciculus est Doctorum, Prædicatorum, Apostolorum noui Orbis, Virginum, Confessorum, ac Martyrum &c. *Et tandem adstantes socios alloquens concionem concludit.*

Admirabilis in puerorum educatione.

Respublica inter omnes ordinatissima.

Athena diuina virtute, nobilitate, occupatione, & sapientia.

Columna nubis, & ignis, Exod. 13. 21.

Fasciculus Doctorum, Apostolorum noui Orbis, Virginum, ac Martyrum.

Insigniam
Elogiorum
congloba-
tio.

Eia agite, Cælestes Columbæ, diuinæ Nubes, expertissimi Architecti, Cæleste viridarium, Planta ab spiritu Sancto confita, Placidissimum Dei Topiarium, Ordo Sanctissime, hoc munusculum à quodam Vobis addictissimo suscipite. *Hæc inter alia Oliua doctissimus cuius eloquentiæ, & amoris oleum, in filios olei (quales IESVITÆ sunt) in omnes facile se diffundit.*

Socij fun-
datores ac
reparatores
fidei, mo-
rumque re-
formatores.

46. * A IOANNE DE LA PVENTE Regio Historiographo Tom. *Conuenientiæ Monarchiarum*. Fructum, *inquit*, quem Societas fecit per septuaginta annos, paucis adiunctis; à primæua sua institutione, Europæ Regna prædicent, Orientalis Indiæ Prouinciæ celebrent, eius siquidem filij, in omnibus Orbis partibus Fundatores, ac Reparatores sunt fidei, morumque Reformatores. *Ita ille apud P. And. Luc. vitæ S. Ignatiij lib. 4. cap. 20. fol. 320. En breuissimis lineis longissimam Societatis, ac Sociorum commendationem.*

Societas in
Ignatio
laudata.

47. * AB ANTONIO CALVO *In Propugn. Religionum cap. 14.* B. Ignatius de Loyola (*inquit*) Fundator, ac Generalis Societatis IESV Illustris Sanctitatis exemplum, Mundo datus in his extremis temporibus, tanquam speciale Dei beneficium, in infinitarum animarum remedium, vti Pater Magister Ludouicus Granatensis affirmat: alijque viri insignes de illo scribentes, vel ante suam Beatificationem, iam Beatum, ac sanctum appellabant: cuius admirabilem vitam ac Sanctitatem Deus & miraculis, & persecutionum trophæis patefecit, quas Dæmon salutis animarum inuidus contra ipsum excitauit ad impediendam foundationem Religionis adeò fructuosæ, quam Deus per Ignatium Mundo dare decreuerat. Non dum grandis admodum Ædificij fundamenta iecerat; cum non solum per diuersas Orbis plagas, sed in Vrbe etiam tempestates horribiles aduersus filios, & Patrem, in eorum destructionem, & ruinam humani generis hostis commouit. At cum Dei Opus Societas esset, quanto plus ille, eiusque Ministri in eam debacchabantur, tanto gloriosior

Fructuosa
Religio &
grande ad-
modum
ædificium.

Dei opus, ed
gloriosum,
quo magis
impugna-
tum.

stior euasit eius ac Sociorum innocentia, iuxta id quod D. Chrysof. de Apostolis dixit. O miraculum! serui uincti sunt, Dominus Crucifixus, & prædicatio quotidie crescit, & per quæ videbatur opera prohiberi, per hæc accensa est. Et quamuis vita huius gloriosi Patris non esset tot firmata miraculis, hoc solum sufficeret ad ostendendum, illum diuinum esse Hominem, breuissimo quippe tempore, eius prudentia, influxu, ardentique spiritu eius filij per totum fere Orbem, uerbum Dei prædicantes, ad remotissimasque plagas Christi fidem inferentes penetrarunt. Vix confirmata erat à Sede Apostolica eius Religio, cum eius filios paucos numero, meritis magnos tanta uelocitate Deus per orbem totum disperfit, ut non tam pedetentim iuisse, quàm uolasse uideantur, uti dicitur de Alexandro: etenim primo ætatis suæ anno se per Galliam, Italiam, Germaniam, Hispaniam, Lusitaniam, Hiberniam, Indias Occidentales ad Iaponiam usque dilatarunt. Vixit decem & sex annos post Sacræ Societatis IESU foundationem, quam Prouincijs, Professis Domibus, Collegijs, Vniuersitatibus, Nouitiatibus ac Residentijs per totum Orbem locupletatam reliquit. Sic ille apud And. Luc. ubi sup. lib. 4. cap. 20. fol. 321.

Ignatium
diuinus
homo.

Cuius in-
fluxu eius
filij Christi
fidem in
remotissi-
mas plagas
inferuere.

Tanta ve-
locitate, ut
uolasse ui-
deantur.

48. A DOMINICO BANEZ Magistro sui temporis plane doctissimo, qui indubitanter aliquando asseruisse fertur, si hominem Societatis uidisset chartis semel ludentem, iudicaturum, eum peccati mortalis reum. Tanta illi erat de modestia, & circumspectione Societatis opinio: Sic refertur ab Eminentissimo nostro Cardinali de Lugo Tom. 2. de Iust. & Iure disp. 31. Sect. 1. n. 12.

Summa de
Societatis
circumspe-
ctione opi-
nio.

49. A PETRO BOLLO Theologo Parisiensi in sua Æconomia Canonica Lugduni edita ann. 1588. Class. 3. cap. 5. §. 8. ubi postquam Concilij Trident. curam circa puerorum Institutionem exposuisset, inter alia multa sic ait. Iuuentutis instituendæ labor cum plarimorum utilitate coniunctus Deo gratissimus est, & magnæ mercedis, omnibus autem inuisus, & intolerabilis. Res profecto male cessisset nisi Deus novos cooperarios misisset

Ea. & do-
ctrina &
moribus,
puerorum
educationi
intendit.

Et colla-
bentibus
gymnastijs
opem tulit.

sisset Societatis IESV Patres, qui non minus bonis moribus, quam doctrina prodesse videntur. Hæc Dominicanus grauiissimus: qui in Notis marginalibus addit: Pessimè consultum erat iuuentutis educationi, nisi Iesuitarum Societas collabentibus gymnastijs dedisset opem. Ita apud P. Fran. Salmas in Iohannam Prophet. exposit. literal cap. 1. quest. 16. n. 7.

Eius filij
ignorantia
& impie-
tatis impu-
gnatores
acerrimi.

50. AB ALFONSO CIACCONO, Qui in vita Pontificis Pauli III. paucissimis verbis multa, & grandia encomia complexus, dum Societatis homines, vocat, Ignorantiæ, & impietatis impugnatores acerrimos. Quid breuius? sed quid grandius? Ita refertur apud Paul. Leonard. in Apolog. pro scient. Med. Par. 3. num. 54.

Et contra
Antichri-
stiam in vl-
timo con-
flictu pu-
gnabunt.

51. * A LVCA FERNANDEZ DE AYALA, In sua Historia de vita, & morte Antichristi Discurs. 12. fol. 358. Erunt, inquit, homines virtuti dediti, & vitæ Apostolicæ in persecutione Antichristi: & præcipuè tales erunt duo Ordines S. Dominici, & Societatis IESV, qui Henoc assistent & Helia &c. Sic ille: Huncque Discursum multis rationibus, coniecturis, etiam reuelationibus comprobatur, que ibi ad longum videri poterunt.

Recentissimi
vineæ Do-
mini culto-
res.

52. A DOMINICO GRAVINA dulcis facundiæ Theologo, qui admodum copiosus, & disertus est in Iesuitarum prosequendis laudibus, in 2. Par. de voce Turturis cap. 30. à fol. 126. Ad nouissimos, inquit, vineæ Christi Domini cultores Patres Venerabiles Societatis IESV merito nuncupatos (dicente Ambrosio ser. 47. confortium meretur nomen, qui confortium meretur & operis) intuendos descendo. Vitis illa abundans illico

Of. 14. 7.

occurreret, de qua dici potest quod scripsit Oseas, Ibunt rami eius, & quasi Oliua gloria eius, & odor eius vt libani. c. 14.

Vitis abun-
dans Igna-
tius.

Ioel. 3. 10.

Aded cre-
uit in filijs,
vt vbique
ramos ex-
tendat.

Abundans certè vitis non in lateribus Domus Dei plantata occurrit S. Ignatius Loyola, quam cum cælestis Agricola ab actibus huius sæculi præpurgasset conuertens militis lanceas in falces, & gladios in vomeres ad arandum gentilium pestora pro Euangelij disseminatione adeo creuit in filijs suis, vt iam extenderet palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen

flumen propagines eius. Mittuntur siquidem rami eius (missionis enim quarto voto deuinci solent, qui solemnem professionem emittunt) & ad Indos, ad lydios, ad lybiam, Æthiopiam, aliasque remotissimas regiones, ad insulas longe, quæ de Deo non audierunt, alacriter properantes, tanquam cooperatores terram humani cordis, concionibus, confessionibus, lectionibus, Catechismo excolunt, & cælesti prædicationis imbre, & rore irrigantes fæcundant, & folijs, floribus, fructibus, hoc est doctrina, verbo, & exemplo uiuidos ramos tantæ vitis ostendunt: pendent è ramis botri, Martyres illustres; innumeri enim huius vineæ partim Sacerdotes, partim laici à Gentilibus, aut hæreticis expressi vinum Martyrij meracissimum in cellam vinariam spongi inferentes recensentur, à Societatis huius teneræ incunabulis, vsque ad præsentia tempora, qui lauerunt in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum gloriosè pro Christo occumbentes &c. *Recensitisque pluribus numero inclitis Martyribus, gloriosis Confessoribus à Xauerio ad Borgiam, viris & virtute, & literis illustribus, qui tanquam rami generosi ab Ignatiana Arbore pendent; & quibus eadem Arbor (vt inquit Auctor grauißimus) tanquam Ornamento vestitur, subiungit? Pergo, & eundem S. Ignatium vt Oliuam contemplor; dicere enim potest, Ego quasi Oliua fructifera in domo Dei; vnde quasi Oliua erit gloria eius. An non Oliua fructifera S. Ignatius, cuius fructum quinque sibi sapientes Virgines, vt verbis vtar Hieronymi parauerunt, ex quo vulnerum mitigatur tumor, languentis membra requiescunt, in tenebris lumen accendit, vnguntur in agone certantes? Ad hoc enim S. Ignatij & filiorum tendit Institutum, vt ex confessionibus medela, ex prædicatione splendor, ex disputationibus, & congressibus cum Hæreticis victoria reportetur. Ad Oliuam spectat ad alendam iuuentutem Scholarum, Collegiorum, & Seminariorum erectio, vt diuinissimorum omnium sit literis & educationi adolescentium & saluti animarum cooperari. Sed quæ Dei facultas! audi. Dei facultas*

E Ramis botri pendent, Martyres.

Et illustres literis, ac sanctitate viri.

Ignatius Oliua fructifera in domo Dei. Pl. 51. 10.

Oleum eius institutum. Math. 25. 4.

Is spirituum figuram Collegiorum erectio, ad iuuentutem perditam reparandam.

Ier. 18. 2.

sub figuli typo describitur : venit enim saluare quod perierat, & conuertens pedibus rotam Euangelium præsignantem, quod fractum erat, in pristinam reduxit formam. Sed si referente Plinio lib. 35. c. 12. Numa Rex Collegium figulorum instituit: Ignatius spiritualium figulorum Collegia erexit, ad peccatores, qui dicunt, facti sumus sicut vas perditum, reparandos. Ad quod conuersionis munus, & tenellæ iuuentutis rectam educationem, omnem curam, industriam, laborem dirigunt. Horum figura in veteri testamento præcessit,

Eorum insignis sapientia in veteri testamento figurata. 2. Par. 17. 7.

nam de Iosaphat legitur. 2. Paral. c. 17. quod tertio anno Regni sui misit de Principibus suis Benhail, & obdian, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis leuitas Semeiam, & Nathaniam &c. Elisaïma & Ioram Sacerdotes, docebantque populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas Ciuitates Iuda, atque erudiebant populum. Non est cur illud obiiciatur

Isai. 33. 18.

Isaiæ 33. Vbi est literatus, vbi legis verba ponderans? vbi Doctor paruulorum: Passim enim tibi occurrent doctissimi Theologi, Scholastici, scripturarum interpretes, vt si curiositatem explere cupias scriptorum Societatis, in promptu habeas Ribadeneiram de scriptoribus Societatis: præter hos sunt etiam inferiorum artium Magistri, & paruulorum Doctores, propter eum qui sapientiam præstat paruulis, & paruulus pro nobis factus est, ad rudimenta prima docenda se demittentes. Gloriam libani in S. Ignatio pariter intueor

Et in Ignatio gloria libani, odore virtutum, quibus filij flagrant.

propter odora menta bonæ famæ, & exemplorum quibus suauissimè fragrant tanti Parentis sectatores. Sed ex alio titulo in eo gloriam libani aspicio, nam etsi ex instituto dignitates Ecclesiasticas accipere recusent, nihilominus Apostolica Sede iubente, easdem ex obedientia acceptant. Duos viros insignes diebus nostris vidimus in S. R. E. Collegio coaptatos Franciscum Tolerum, (quem eius olim Præceptor Fr. Dominicus Soto prodigium solebat appellare) alterum Robertum Bellarminum fidei athletam robustissimum, olim Capuæ

Et purpurâ, quâ Tolerus, & Bellarminus rubent.

Archiep.

Archiep. & merito nouum Antoninū in subleuandis pauperibus, in vitæ perfectione Basilium, in confutandis Hæreticis Irenæum, à diuina prouidentia destinatum dixeris. Plures galero insignitos vidisset parentum nostrorum ætas, ni B. Borgia, Antonius Corduba, Lainius, & alij de se humiliter sentientes modeste non reluctassent. Episcopos, & Patriarchas multos quoque legimus, non tam ad honores electos, quam ad onera vineæ Domini in Indorum cultura consecratos, qui facti gregi nouo, opus Dei mirifice promouerunt. Sed & mons Libanus aurea mala, citra aliosque fructus & plantas producit, ex quibus suauissimus euaporabat odor. Vnde ob virtutum fragrantiam sponsa describitur odorem spirans psal. 44. Myrrha, & gutta, & Casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo: [Domus eburneæ, palatia eburnea, ait Ildorus lib. 15. & ampla tecta dentium, ora sunt, & linguæ Catechistarum, & Concionatorum, è quibus tanquam è Christi Regis nostri instrumentis prodeunt, cum doctrina, honestarum actionum exempla suauem exhalantium odorem:] Quæ passim cum in huius sancti Instituti concionatoribus, Catechistis, & alijs Operarijs inspicias, dicas necesse est: Gloria libani data est Parenti Ignatio. O vitem abundantem! ò fructiferam oliuam! ò libanum omni amænitate refertum! ò nouissimos operarios in vinea Domini conductos à Patre familias, qui non imparem in Ecclesia laborem pertulerunt, quam priores agricolæ portantes pondus diei, & noctis. Deerat Tertius collabentis mundi sustentator, & de duobus iam prouisum erat Dominico, & Francisco, qui manus diuinas tres in Orbem sagittas (sic visione cum Ordines Prædicatorum, & Minorum instituendi erant diuinitus ostensum est) restringeret. Tertius supererat ad tertiam sagittam reparandam, en S. Ignatius, & sicut Deus Dominicum, & Franciscum tanquam sagittas electas destinauit, vt sagittarent corda inimicorum Regis, è diuina pharetra sagitta tertia, emittitur,

*Et insulis,
ad quas alij
eiusdem
Ignatij filij
per obedientiam electi.*

Pl.44.9.

Matth.20
8.

*Is tertius
collabentis
mundi sus-
tentator.*

*Et sagitta
è diuina
pharetra
emissa.
Pl.44.6.*

Isai. 66. 19. Isaiæ Vaticinium completur, Mittam ex eis qui saluandi sunt ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam, Italiam, & Græciam, ad Insulas longe ad eos, qui non audierunt de me. Vnde hos tres Ordines ijsdem pene institutis Dominus voluit colligari, vt vberem messem reportarent, non tantum fæces Israel conuertendo, sed salutem Domini, & lucem gentibus adducendo vsque ad extremos terræ, Antipodes conuertendo, Occidentales & Orientales Indos illustrando, vt verè impletum sit de his præcipue Tribus Ordinibus, quod dicit Isaias cap. 11. Et volabunt in humeros Philisthijm per mare, simul prædabuntur filios Orientis.

*Societas à
S. Vinc.
Ferrerio
prædicta.*

Liceat vaticinium viri Apostolici S. Vincentij Ferreri coronidis loco Sanctæ Societati adaptare. Tria (*sic Sanctus iste*) sunt nobis singulariter, & quasi assiduè meditanda. Primum Christus confixus, incarnatus. Secundum, status Apostolorum, & fratrum præteritorum nostri Ordinis, & hoc cum desiderio, vt illis conformemur. Tertium, status Virorum Euangelicorum futurus, & hoc debes die noctuque meditari, scilicet statum pauperum, simplicissimorum, & mansuetorum, humilium & abiectorum, charitate ardentissima sibi coniunctorum, nihil cogitantium, aut loquentium, nec saporantium, nisi solum IESVM Christum, & hunc crucifixum; nec de hoc mundo curantium, sui que obliuorum, supernam Dei & Beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitus suspirantium, & ad instar Pauli dicentium, cupio dissolui, & esse cum Christo, & innumera- biles ac in æstimabiles thesauros diuitiarum caelestium, & super dulces, & mellifluos riuos diuitiarum, suauitatum, ac iucunditatum; & super omnia mirabiliter expansos, & super- infusos, & per conuersationes imaginari debes eos ipsos, vt cantantes canticum Angelorum cum iubilo citharizantium in citharis cordis sui: hæc imaginatio ducet te plusquam cre- di potest in quoddam impatiens desiderium aduentus illo- rum.

rum. Hæc ille. Qui omnium Ordinum, & inter eos florentis vineæ Societatis Apostolicorum Virorum salutis animarum insistentium œconomiam, fragrantiam spiritu prophetico visus est (vt dicunt aliqui) describere. *Hæc doctissimus æque ac grauissimus M. Grauina in Ignatij Parentis, Matris Societatis, ac filiorum præclaram commendationem & laudem, in suo Libro de voce Turturis Par. 2. cap. 30. iam citato. Et postea cap. 32. addit) Futurum in Ecclesia fructum maximum strenuorum militum Societatis IESV, qui ad defendendam Ecclesiam ipsi in hac miserima ætate diuinitus missi sunt, vberem messem inferentes in horrea Domini. Sic Illustrissimus Societatis Encomiastes apud Paul. Leonard. in Apolog. pro scientia Media Par. 2. num. 88.*

Quæ inter omnes Ordines florentis vineæ odorem spirat.

Eius filij strenuissimi milites ad defendendam Ecclesiam.

vberem messem in horrea Domini inferentes.

53. A IOANNE BAPTISTA DE MARINIS, tam præclari Ordinis Generali meritissimo, qui pro ingenti suo amore ac beneuolentia in Societatem, vniouem cum ipsa strictissimam vniuerso Ordini peregre literis commendat: & ne tanti testimonij Societati perhonorifici admodum vel apex deperdat, totum hic transcribere, longo licet stilo ductum, opera pretium duxi, & sic se habet. Fr. Ioannes Baptista de Marinis Sacræ Theologiæ professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & seruus. In Dei Filio sibi dilectis vniuersis ac singulis eiusdem Ordinis Religiosis salutem in eo, qui fecit vtraque vnum. Cum Templi velo diuiso indiuisam Crucifixi IESV Tunicam arguta antithesi componens S. Athanasius, inde Iudæorum perenne opprobrium, hinc diuinitatis Christi præualidum elicit argumentum: [nimirum (ait) velo scisso Tunica Christi ne à carnificibus quidem diuisa est, nempe hoc ipso contestans, quod non diuisibile, sed indiuisibile verbum est Patris] Mirares! illud augustissimi Templi sacrum, ac preciosum velum loco tutissimo pendulum assiduis hinc, & inde leuitarum excubijs obseruatum, inuiolabile, intactum euadere scissuram nequit, in duo scissum est, & quidem à summo vsque deorsum: quando interim intextilis illa Christi Tunica sub mili-

Societatis eximia commendatio à Prædicatorum Generali. Matth. 27 51. Ioan. 19. 23.

tum pugnaci manu, in loco supplicij inter auarissimos hostes, & acutos mucrones integra manet, & illæsa. In hoc igitur Christum Deum, quem velabat velum, reuelauit Tunica, facta iam ipsius diuinitatis eximia prædicatrix, vt intelligamus, diuisionem ijs quidem congruere, qui Christum obuelant, indiuisiōem vero ac vnitatem his, qui Christum prædicant, ac mundo reuelant.

Fratres mei Charissimi; quotquot mecum, & sub me profitemini hunc Ordinem, qui Christum prædicat Crucifixū, discite ab hac indiuisa Tunica Christi prædicare diuinitatem, illa quæ ante mortem Domini sui texerat humanitatem, rexit à morte Deitatem: qua methodo! indiuisiōe, diuidantur, scindantur, rumpantur qui Christum obuelant, abscondunt, eclipsant: at nos qui eum prædicamus, retegimus, reuelamus, neuiquam diuidendi sumus ab ijs, qui nobiscum prædicant indiuisibile verbum Patris, qui sese omnia ad maiorem Dei gloriam atque præconium destinare peculiari ac verissimo symbolo profitentur, qui inconsutilli Christi Tunica simillimo nobis conflantur Apostolicæ vocationis stamine, atque velut IESV Socij dissociari à nobis minime debent. Vultis dicam apertius? Cum in clyta Societate IESV perseueret nobis iugiter illa indiuisibilis vnio, & contextus qui Christi impartibilem Tunicam decet, sit nobis vtriusque anima vna, & cor vnum in Domino, quem æmulo deuotionis ardore pariter Euangelizamus, hunc nostra prædicet mutua indiuisiō: scindatur Templi Iudaici velum, at non dissoluamur, non laceremur, non dissiliamus vnquam, quos in idem Apostolicæ prædicationis subtegmen peritissima spiritus sancti textina desuper conglomerauit, substrinxit, concinnauit.

Negat Mag. Gregorius Christum ab eo prædicari, qui in hoc munere cooperarios, aut aspernatur, aut admittere ac amare recusat: vt quid enim Saluator discipulos ac prædicatores suos misit binos ante faciem suam! quando præstabat
non

Luc. 10. 1.

nōn binos mitti, sed singulos in tanta adhuc Operariorum paucitate! [verum combinandi erant, inquit Gregorius, quia minus quam inter duos charitas haberi non potest.] Noluit ergo prædicari Christus nisi ab vnitis & indiuisis, qui in eodem prædicationis Officio noscent amplecti consortem, charitatem mutuam colere, veramque discipulorum Christi tesseram, in amica combinatione circumferre: qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis Officium suscipere nullatenus debet.] Dissolue combinationis vinculum, & missionis tuæ fidem amisisti, à cooperario dissociaris, & Christi prædicator non putaberis.

Idem clarius, & veluti intento digito nobis oclamat Glossa Interlinealis ad illa verba Mathæi 4. Vidit duos fratres, Matth. 4.
18. quod videlicet primos Apostolorum semel, iterumque binario numero vocarit Saluator, [quia vnitatem fraternæ dilectionis probauit, sine qua nullus in Ordinem Prædicatorū admittitur.] Aduertamus: in Prædicatorum Ordine nullus admittitur, aut esse censetur; quisquis in Apostolica vocatione combinationem diffuit, fraternæque dilectionis lacerat vnitatem. Ergo, aut nullus sit Prædicatorum Ordo, si nullus admittitur, aut cum eo sit fraternæ dilectionis vnitatis, & contextus erga eos, quibus in Christi vocatione combinamur.

Semper ita censere, aut consueuere Patres nostri, & ne qua inter Religiosam illam Societatem, nostrumque Ordinem hiaret vnquam diuisio, latis Comitallyter grauissimis legibus cauere studuerunt. Recolite Generalis Capituli Valentini anno 1596. celebrati Admonitionem quartam, cuius hic est tenor. [Admonemus omnes fratres Ordinis nostri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, sinceroque affectu prosequi velint Religiosos omnes, cum quibus ad eundem finem tendere debemus, specialiter vero eos, qui inter reliquos non segniter laborant pro fide Catholica tuenda, & salute animarum procuranda, Patres scilicet Societa-

tis IESV, quos plurimum inter ceteros illis commendamus, optantes, vt operibus internæ affectioni, & charitati testimonium reddant, eisdem vbi poterunt inseruendo, nulloue pacto, verbo, vel facto offendendo: talis siquidem offensæ (si, quod absit, occurrerit) seueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam sumi, grauitè puniendo offendentes: quod si non egerint, vt Reuerendiss. Pater Generalis id rescierit, delinquentem puniat, & simul atque ipsos à suo officio absoluet.

*Et à Generalissimo
Romæ celebrato, sub
Rmo. Thoma Turco.*

Recolite insuper Capituli nostri Generalissimi Romæ anno 1644. celebrati Ordinationem 21. quæ sic se habet. [Ordinamus, ac omnibus Religiosis curæ nostræ subiectis districtè præcipimus, vt quemadmodum Christiana charitate tenemur, omnes Dei seruos, aut quorumcumque ordinum Religiosos, potissime Mendicantium, quos aut Ecclesiasticæ vitæ cultura, aut Sanctioris vitæ nobis æquales reddit) omni honore, atque amore prosequi, omniaque eis hospitalitatis obsequia præstare. Eadem sollicitè in RR. Patres Societatis IESV benigna cum humanitate impendere conentur. Horum & personas singulas, & Societatem totam benignissimè, & religiosissimè colant ac venerentur, & tam intus quam foris vbi de eorum Sancto instituto, modo viuendi, & regimine sermo inciderit, adeo circumspectè, & honorificè semper de eis loquantur, vt tota Christiana Respublica nostri in eos impensissimi amoris testimonium reddere queat: & vt ipsi in nobis charitatis eximiæ officia, ac benevolentia viscera experiantur, quorum quamuis non vna semper in sentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, & anima vna in Domino nunquam, vt desit, oportet.]

*Et ab alio
ibidem celebrato.*

Demum attendite postremi nostri Generalis Capituli Romæ 1656. habiti confirmationem 10. hisce conceptam verbis: [Confirmamus ad extremum apicem ea omnia, quæ de peculiari deuotionis affectu Religiosissimæ Societatis IESV
à no-

à nostris vbique exhibendo, tum in Generali Capitulo Valentino admonit. 4. tum in Generalissimo Romano, anno 1644. ordinat. 21. pie, sancteque instituta sunt, ac Patrum nostrorum vestigijs inhærentes, mandamus vniuersim ac sigillatim omnibus nostri Ordinis fratribus, quod præfata celeberrimam Religionem omni loco, & occasione honorificè suscipiant, amice venerentur, palam ac priuatim à calumniantium aculeis, morsibusque defendant, hospitalitate, confidentia, necessitudine, obsequio colant, nullaque feriæ, & intimæ benevolentia officia prætermittant, vt mutua dilectionis necessitudine, tum ipsi Religiosi Patres, tum reliqui cognoscant omnes, quia Christi sumus discipuli: præuaticatores vero huius Sanctissimæ legis, si qui deinceps fuerint (quod absit) mox ipso facto, incurrant, ac incurrisse declarentur, priuationem vtriusque vocis, graduum, ac officiorum cum perpetua inhabilitate, quam solus Minister Ordinis, vel Capitulum Generale auferre possit. Prouinciales quoque, & alij Superiores quicumque has pœnas transgressoribus infligere dissimulauerint, à suis officijs absoluantur.]

En filij charissimi, quænam semper in Ordine nostro viderit de strenuis hisce commilitonibus nostris præclara opinio: en quanta sollicitudine cauerint perpetuo Patres, ne nostri à viris tam bene de Ecclesia meritis, ac porro merentibus, vnquam vllius præposteræ æmulationis, aut simultatis diuortio sese rescinderent; hoc enim agnouerint nulli magis quàm inconfutibili Christi Tunicæ nociturum, nulli minus quàm Prædicatorum Ordini quadraturum.

At vulgi, inquires, adagium est, figulus figulum odit: apposite id quidem, sed pro figulis, pro ijs, inquam, qui non nisi terrena versare norunt, ac sapere, quorum manus affatim in luto sudant, ac sordent, quibus omne in figmento, & argilla studium est, ac lucrum; at vero si nostra conuersatio in cælis est, vt esse debet, si didicimus leuare puras ma-

*Resuita
Strenui
commilito-
nes, & op-
time de
Ecclesia
merentes.*

nus sine ira, & disceptatione, si nobis vni animarum salutis intentis illud censetur lucrum nostrum quidquid lucrantur contribules, vtique ab illo adagio eximere nos debet ministerij nostri puritas, ac celsitudo: proinde quantum à figulina vilitate distat Guzmanæ proles, quam procul à fingendi arte Ordo veritatis, tantumdem distemus à liuore, quo figulus figulum auerfatur.

Ergo ad vos conuertitur, ad vos reuertitur inclyta nostra parænesis, dilectissimi filij vobis iterum iterumque Tunica Christi inuiolatam integritatem, velex eo quod prædicatrix est Deitatis enixe commendamus, illam seruarunt in diuisam truculenti carnifices, & non seruabunt pij Religiosi conclamant prophani milites, non scindamus eam, & à sacris tandem hominibus dilacerabitur? ipsane diuisores admitteret, admisit sortes, velut solo consortio seruanda illæsa, solisque consortibus indemnitate suam debitura, & nos pigebit sanctiori consortio eandem tueri, ac tenere indiuisam? absit, eia absit à nobis nostrisque consortibus omne quod sapit diuisionem, absit his contesseratis Ordinibus inordinata scissura, [perenne opprobrium Iudæorum quos velum scissum vbique confundit, quin potius, hortante Mellifluo Doctore, omnes concurramus pariter in vnã Tunica, & ex omnibus constet vna, simul omnes simus illa vna, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.] Id nobis vtrunque pergat diuinitus præstare indiuisa Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Valete filij quotidie ad aram memores nostri charæque Societatis. Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ super Mineruam, die 25. mensis Martij ann. 1661. Fr. Ioannes Baptista de Marinis.

Veneratione
particulari
prosequendus
à Societate
Ven. Ordo
Prædicato-
rum.

Has literas quanti fecerit Societas constat ex Decreto 19. Congregationis vndecimæ Generalis, quod hic transcribere memoria nostre gratitudinis postulat. Cum, inquit, peruenisset ad Congregationem per vnum aliquem è PP. Electoribus notitia Epistolæ ab Reuerendiss. P. Fr. Ioanne Baptista de Marinis Magi-

Magistro Generali Ord. Prædicatorum ad dilectos sibi in Dei Filio vniuersos, & singulos eiusdem Venerabilis Ordinis fratres directæ, eiusque manu subscriptæ, ac sigillo munitæ, & ab Ordinis Secretario traditæ, in qua decreta aliquot continentur in honorem, commendationemque Societatis, in Comitibus Generalibus Ordinis condita, censuit Congregatio, nulla etiam maiori expectata huius rei noticia, huic prouocationi honorariæ respondendum imprimis honorifica gratiarum actione, nomine suo, eidem Reuerendiss. P. Mag. Generali deferenda, tum deinde graui ad nostros omnes commendatione, quam ex Congregationis sensibus voluit renouatam: Nimirum, vt illustrissimum, natuque maiorem in Ecclesia Ordinem, sanctitate, doctrina, rebusque præclare gestis de illa optime meritum, peculiari beneuolentia complectantur; de illa magnificè sentiant, & loquantur; aliisque Venerationis significationibus, & charitatis officijs prosequantur. *Hactenus Societatis decretum.*

Et vt plene, ac plane constet de signis beneuolentiæ, & charitatis exercendis erga Patres Ordinis Prædicatorum in prædicta Congregatione VIII. stabilitis, hic eius Decretum 12. in perpetuam nostræ gratitudinis memoriam transcribere opere pretium duxi. Quod sic se habet.

Cum Reuerendiss. P. F. Thomas Turcus Magister Generalis Venerabilis Ordinis Prædicatorum, in Generalissimo Capitulo ad plura & maxima eius Ordinis in Societatem nostram vetera merita, illud nouissimum pro sua in nos beneuolentia singulari adiecerit; vt & Societatem Vniuersam, & singulas eius personas, non sine honorifico testimonio, omnibus charitatis, ac Venerationis officijs, suis Religiosis colendam districte præceperit; decreuit Generalis Congregatio, vt quod iam à P. N. Generali piæ memoriæ Mutio ordinatum fuit, id nunc totius Societatis sensu, & auctoritate distri-ctius præcipiatur. Vt scilicet nostri omnes, vbique gentium, de Venerabili Ordine Vniuerso, de Sanctis eius Institutis, eximia doctrina, ac præclare gestis cum ea commen-

De signis beneuolentiæ, & charitatis erga illum exercendis.

datione, priuatim, ac publice loqui, cum eisque peramanter agere, & mutuæ hospitalitatis, ceterisque omnibus charitatis officijs, certare studeant, eo cultu, ac veneratione, quæ & minimam hanc nostram Societatem decet, & religiosissimæ familiæ, natu ac dignitate maiori, maximè debetur.

A FRANCISCANIS.

*Societas à
Capit. Ge-
ner. Valli-
sôlet. Com-
mendata.*

54. **A** CAPITULO GENERALI Vallisôletano celebrato anno 1565. quod postquam Seraphici sui Ordinis Religiosus præcepisset aliorum Ordinum Religiosos bene tractare, addidit, Præcipuè Patres Societatis IESV, quos debent amare, honorare, & cum charitate recipere ad suorum festorum celebrationem, &c. Ita in sermone de stigmatibus S. Francisci per P. Ioannem de Armenta Hispani typis edito ann. 1618. fol. mibi 3. col. 1. In quibus verbis venerabiles illi Patres in grauissimo illo Capitulo congregati, Specialem suum amorem & estimationem erga Societatem & suos satis demonstrarunt.

*Et à Com-
missario
Prouincia
Belgica in
erectione
Collegij Na-
murcensis.*

55. **A** COMISSARIO GENERALI Prouincia Belgicæ: cum sermo varius de erigendo Namurcensi Collegio crebresceret, periculum multis amicis subesse videbatur, ne Religiosi Patres Instituti S. Francisci de Observantia, quorum præcipua Namurci auctoritas, et negotio remoras adferrent. Commissarius ergo P. Guardiani rogatu, Cavit in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna carceris, ne suorum quisquam factò, verboque ostenderet, aduentum Societatis in eam urbem sibi gratum non esse. Passus est etiam nostris dictus Guardianus ingenuè, Nostrorum commendatione longe auctiores accessisse eleemosinas Monasterio, etsi alendo militi Ciuitas nunquam magis exhausta fuisse videretur. Hæc in *Annal. Soc. ann. 1600. fol. 516.*

56. **AB** EMANVELE RODERICO Insigni Lusitano & Scriptore eruditissimo, Seraphici Firmamenti stella fulgentissima: qui

Tom. I.

Tom. 1. *Quest. Regul. quest. 2. art. 9. sic nostri Ordinis originem describit.* Omnipotens (inquit) sermo Dei à regalibus sedibus veniens istam suam charissimam sponfam vilitans, suscitavit à cælis Ignatium Loyolam Hispanum Cantabrensem genere illustrem, sed virtutibus, & literis illustriorem, cum sanctissimis socijs Petro Fabro, Francisco Xaverio, Iacobo Lainez, &c. Qui acerrimus Dux cum suis Sodalibus zelo omnes ferventissimo æstuentes contra Lutherum, omnesque eius sequaces castra posuerunt, pœnitentiam prædicantes, dicentes Regnum Dei non esse potum, & escam, sicut impij Lutherani existimabant, sed iustitiam, & pacem, & gaudium in Spiritu Sancto, &c. A quo strenuo duce habuit originem Ordo Societatis IESV tanquam à suo Capite, & fundatore, vt testatur Gregor. XIII. in sua Constitutione incipiente, Ascendente Domino. Qui iunctis illis secum strenuissimis Christi IESV commilitonibus Italiam venit, vbi sanctissima opera per ipsos in augmentum sanctissimæ fidei, animarumque salutem Deus in dies operando, constituerunt Congregationem istam non Ignatij, sed Societatem Iesu Christi appellari, adeo vt inde IESVITÆ veniant appellati. *Hæc ille.*

Ignatium
Deus à cæ-
lis suscitavit
acerrimum
ducem.

Qui cum
socijs zelo
ferventissi-
mo æstuan-
tibus con-
tra Luthe-
rum castra
posuit.

Eorum
sanctissima
opera in
augmentum
fidei, &
animarum
salutem.

57. A LUDOVICO MIRANDA *Scriptore etiam doctissimo,* qui Tom. 1. *Director. Prælator. Regul. quest. 4. art. 12. non minus aut benevole, aut copiosè Societatis ortum, & encomia recenset.* Inter Religiones (inquit) celebres, & illustres, quæ summo Dei beneficio in Ecclesia vigent, quæ & brevi temporis spatio magna susceperunt incrementa, nō mediocrem tenet locum Religio Societatis IESV. Hæc Sacra Religio ortum, & Originem duxit à quodam devotissimo, ac nobili viro, strenuoq; Duce Ignatio de Loyola Cantabrensi, illustri quidem genere, sed moribus, & virtute illustriori. Anno 1540. confirmata, & approbata fuit à Paulo III. sed postea ab alijs summis Pontificibus Ordo iste Sacer summopere etiam honoratus, approbatus, & confirmatus, & multis gratijs, & priuilegijs locupletatus. Huius Societatis, & Familiæ præcipuum studium,

Societas
inter cele-
bres, & il-
lustres Re-
ligiones an-
numeranda.

Eius origo,
incrementum,
& approbatio.

*Precipuum
studium li-
teris, &
animarum
saluti in-
cumbere.*

*Varijs mi-
nisterijs,
summa mo-
destia, &
religione.*

*Magno fi-
delium fru-
ctu in Ec-
clesia Dei
enitens.*

*Sub IESV
Nominis
patrocinio,
& custodia.*

*Ideo perse-
cutionibus
conculsa,
quia Deo
grata.*

atque exercitium est, literis & hominum spirituali saluti incumbere, docendo, legendo, prædicando ac fidelium confessiones audiendo, pueros, & omnes alios in doctrina sancta erudiendo summa modestia, & religione, & quam maxima fidelium omnium ædificatione. Dicuntur huius Instituti alumni & professores vulgariter, sed per imperitiam quidem, atque ex ignorantia Theatini, cum tamen hæc Religio maxime ab illa distincta sit. Hæc enim, ut diximus, ab Ignatio de Loyola initium sumpsit, illa vero à quodam Illustrissimo viro Domino Petro Carrafa Neapolitano, quondam Episcopo Theatino, à quo & ipsi Theatinorum acceperunt nomen. De hac Religione, quæ in sancta Dei Ecclesia cum tanto fidelium omnium fructu, adeo enitet, cum plura possem dicere, consulto facio missa, breuitati studens, & quia non id est præsentis speculationis. Qui plura desiderat, consulat Petrum à Ribadeneira in libro quem edidit de vita S. Ignatij de Loyola, huius Instituti, & sanctæ Societatis Auctore. Consulat etiam Fr. Hieronymum Romam lib. 6. de Republica Christiana, & nunc nouissime Hieronymum Plati libro suo 2. de bono status Religiosi cap. 23. vbi etiam videre licebit rationem, ob quam huius illustris Instituti cultores, & professores nuncupentur IESVITÆ, nempe propter maximam deuotionem, & reuerentiam, cordialemque affectum, quem supradiæctus B. Ignatius de Loyola ad istud sanctissimum Nomen semper habuit, & quia, ut dicitur, ipse ab eodem Christo IESV reuelationem accepit, quod suus sacer Ordo futurus erat semper sub speciali eiusdem, & sui dulcissimi Nominis patrocinio, atque custodia. Sic ille.

58. * A. B. IOANNE TEXEDA Viro de eadem Franciscana Familia asperitate vite, & contemplatione rerum diuinarum, & aliarum celebritate laudum insigni: quem Barcinone olim cognitum Borgia, Gandiamque eius Præsidum voluntate ductum, veluti suæ pietatis Magistrum habebat, is non semel assererat, Societatem tot persecutionibus conculi, quia Deo grata semper

per

per exitit. Ita ille apud Euseb. vitæ B. Borgiæ lib. 1. cap. 28. ubi paucis verbis multa Societatis encomia vir tantus complexus.

59. A MATHIA DE SOBREMONTÉ, Ministro Prouinciali, & in Senatu fidei meritissimo Censore, qui in Approbat. Tom. P. Antonij Velasquez de Immaculata Virginis Conceptione, inter alia inquit: Dignumque cenfeo volumen, & tanto Auctore, & excultissima sua Societate IESV, quin addendum quidquam, aut demendam putauerim. [Neque enim fieri poterat (vt loquar cum Cassiodoro Epist. 22. lib. 9.) vt quem tantæ auctoritatis familia tanta produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inueniret.] Hæc ille ad finem dictæ Approbationis.

Eius æstimationis.

60. * A MARCELLO DE RIBADENEIRA In Historia Archipelagi cap. 7. ubi Societatem vocat, Religionem sanctam, potentemque multis gloriosis Martyribus gloriari, quos inter Infideles, ac Hæreticos habuit. Ita refertur apud Euseb. Tom. 1. viror. illustr. Soc. fol. 501.

Est Religio sancta, potens multis Martyribus gloriari.

61. A LVDOVICO à S. IOANNE EVANGEL. ex Regulari Obseruantia egregio Concionatore, Commissarioque Discalceatorum Generali, appellante IESV Societatem, Fontem Doctorum sacratissimum. Ita ille in Approbat. ad Tom. 1. Euangeliorum P. Antonij de Escobar.

Est Fons Doctorum sacratissimus.

62. * A DAMIANO DE LVGONES Concionatore selectissimo, qui in sermone de Beatificatione B. Ludouici Gonzage ingentem elogiorum Societatis cumulum congerit, quorum ego aliqua, eaque præcipua summatim referam. Et in primis fol. 9. col. 2. Societatem vocat, Matrem mortalium omnium: imo & Matrem legitimam omnium Religionum. Et fol. 10. Partem Ecclesiæ excellentissimam & nobilissimam: imo vnâ ex eiusdem Ecclesiæ excellentioribus, & nobilioribus partibus. Et fol. 11. col. 2. Ventrem mystici Corporis Ecclesiæ, eam abundanter filijs ditantem. Item, & Humerum eiusdem in Germania, Gallia, Polonia, Anglia, Hibernia, nec non & in ceteris Re-

Societas omnium mortalium, imo & Religionum Mater. Pars Ecclesiæ nobilissima, & excellentissima.

Eius mystici corporis venter, humerus, corpus, manus.

gnis

Illius fidem
Atlantis
instar su-
stentans.

Est affli-
ctorum
consolatrix

Cant. 7. 2.

Et aceruus

tritici lilijs

puritatis

vallatus.

Granū fru-

menti ex

IESV natū.

Scientia,

& doctrina

alimento.

Ceteras Re-

ligiones, ac

statum Cle-

ricalem su-

stentans.

Candela-

brum aureū

filij velut

lampadibus

præfulgēs.

Zach. 4. 2.

Apo. 1. 12

Imo IE-

SVM ha-

bens pro

lampade.

Est Pedes

Ecclesia.

Anglia Re-

ge Pontifici

obedientiā

negante,

orta Socie-

tas.

gnis hæresum labe infestis fidem Atlantidis instar sustentantem. Et *Ibidem*, Societatem appellat. Eiusdem Ecclesiæ Cor exercitijs sanctæ orationis & contemplationis continuis, ac feruentibus viuificans: *Item*: Manum vtramque eiusdem, eam iacentem & afflictam, viris doctissimis, Cathedris, sermonibus, disputationibus validissimis erigentem. *Et fol. 17. col. 1.* Afflictorum Consolatricem nominat. *Et col. 2.* Aceruum tritici lilijs vallatum, puluere ac palea defæcatum, puritatis candore illustrissimum. *Et fol. 13. col. 2.* ait Societatem esse, Granum frumenti in Ecclesia natum ex Grano illo triticeo cælesti, scilicet IESV, ex quo panis conficitur, qui fidelium corda corroborat. *Et fol. 14. col. 1.* Religionem irreprehensibilem appellat. *Et fol. 15. col. 2.* dicit, Societatem recipere in se ventris instar scientiæ & doctrinæ alimentum, quod per totum Ecclesiæ Corpus illa distribuit; quoque illa ceteras Religiones ac statum Clericalem sustentat: *Et in super Extensam, ait*, per totum orbem ad Orientem & occidentem, septentrionem & Meridiem. *Et fol. 16.* Candelabrum aureum totum, quod vidit Zacharias septem sanctis filijs velut lampadibus præfulgens, ex quibus fideles omnes lucem virtutis, & doctrinæ hauriant. Nec non & vnum è septem Candelabris, quæ vidit in sua Apocalypsi Euangelista Ioannes charitatis auro splendidissimum. *Et fol. 20. col. 2.* Candelabrum habens pro lampade IESVM Societatem appellat. *Et tandem*: Pedes Ecclesiæ, quibus ea progreditur, & sustentatur; sicut Corpus pedibus graditur, & nititur. *Hæc ille inter plurima, quæ per totam illam Concionem dispersa habet in summam Societatis laudem.*

63. A ZACHARIA BOVERIO: *Qui nec illustre minus de fundata primum Societate testimonium inseruit Annalibus Minorum Capucinorum anno Christi 1534.* Ceterum (*inquit*) hoc anno, in quo Henricus VIII. Angliæ Rex post Catholicam Religionem verbo, & scripto propugnatam, ob Annæ Boloniæ coniugium, ac Catharinæ vxoris repudium, schismate in Anglia

Anglia concitato, à Pontificis obedientia, ac postremo à fide descivit, maxima Dei in Ecclesiam, tum prouidentia, tum benignitas enituit. Nam hoc ipso tempore, prima Illustrissimæ Societatis IESV fundamenta iacta sunt, Deo primum, tum Sancto Ignatio Loyola Auctore, qui hoc anno sex sibi adiunctis Socijs, vt apud illius vitæ Scriptores videre licet, præcipua voti religione Pontificis se obedientiæ adstrinxit: vt quod in Rege & Regno ceciderat, in Sancto atque Apostolico Viro, atque in eius Societate resurgeret. Hec ille apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 11. fol. 678.

Qua illi speciali se obedientia voto obstrinxit.

66. * A BARTHOLOMÆO RVBIO Eiusdem Seraphici Instituti de Obseruantia Viro clarissimo, cui tanta de Ignatio Parente Sanctissimo, primæuisque Socijs, falsis calumnijs impetitis, existimatio, vt publico instrumento testaretur, Eos viuere vitam exemplarem instar Apostolorum. Ita ille apud P. And. Lucam in vita S. Ign. lib. 2. cap. 7.

Socij viuunt vitam exemplarem instar Apostolorum.

65. A LOVANIENSI Moderatore, eximia pietate, prudentiaque Viro, quem scimus negasse in suorum numerum admittere, nisi asceticis Ignatianis ante excultos: Quod multo iam vsu sibi comperit diceret, Hos in omnem virtutem, & prouiores & constantiores existere. Sic apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 6. cap. 23. sect. 1. fol. 790.

Eorum doctrina exculti, in omnem virtutem prouiores, & constantiores existunt.

66. A IANVENSIS CONVENTV Florentissimo liceo in thesibus typis mandatis Mediolani ann. 1636. miris hieroglyphicis excusis, R. P. N. Generali Mutio Vitellesco dicatis, respondente Fr. Ioanne Salerno à Camplo Sacrae Theologiae Bacalauro, Preside R. P. Magistro Bartholomæo Ferrio ab Argenta eiusdem Ianuensis Licæi Regente dignissimo. Angelicæ (inquit) Theses, cui potius, quàm Tibi, hoc est Angelo (Reuerendiss. Pater) deferantur? Et vero vel ipse Angelus es, vel Angelos esse certissimum argumentum cum Te hominem Mundus non probauerit. Quid Cælum, cui moderando indefessè præsides, quam non obsecurè Te Angelum prodit. Tu enim immotus Vniuersum hoc Cælum, quod terrarum Orbem complectitur, ex Vrbe tan-

Mutius Generalis laudatus.

Societas Cælum omnem terrarum Orbem complectens.

E c quam

Cuius An-
gelus, seu
intelligen-
tia mouens,
suis Gene-
ralis,

quam ex vertice torques, ac vnus immensam illius magnitudinem implet: hoc etiam Angelorum similis, quod temporis, vel laboris lima non attereris, cum integris animi viribus extremam ætatem feras, ac eadem, vt semper, dexterritate creditum Tibi Cælum modereris. Ita volens, ac propitius supremus Motor Te diutius sospitet, nec suum Angelum Terris Cælum inuideat. *Hæc florentissimum Ordinis Seraphici Iannuense Liceum.*

Beati, qui
Sociorum
consilij, &
directione
vtuntur.

67. A PETRO NICOLAO FACTORIO *Viro virtutibus, & miraculis clarissimo. Is Societatis homines eiusque Institutum eximij laudibus pene ad aliorum inuidiam extollebat: Beatosque putabat, qui eorum consilij & directione spiritali vtentur. Occurrentes sibi tanquam Angelos venerabatur, summa beneuolentia & cultus significatione. Ita apud Nicol. Lancic. Tom. 2. Opuscul. Spirit. 17. cap. 4. num. 203.*

Societatis
Institutum
perfectissi-
mum, sele-
ctissima
aliorum Or-
dinum sibi
asciscens.

68. A PHILIPPO BOSQUIERO *Cæsari montano Minorita Obseruant. Prou. Flandria, Scriptore doctissimo, Tom. 2. suorum Operum conc. 2. in Annunc. B. M. fol. mihi 736. Vt Sociorum (inquit) Beati Ignatij, Loyolæ Institutum oportuit esse perfectissimum, quod selectissima quæque aliorum ante ipsos Ordinum sibi adsciscere potuerunt, sic Mariæ Virginæ ex meritis omnium creaturarum perfectionibus Illustrissimis confectæ nihil videtur deesse potuisse, non si vel Momus censor acerfatur. Sic eruditissimus Franciscanus Institutum Iesuitici perfectionem explicat.*

Commen-
datur in
Ignatio.

69. * A LVDOVICO DE VALENCIA *Ministro Prouinciali Capucinorum in Valent. & Murciano Regno, Lectore Theolog. Iubilato, & Qualificatore S. Officij Inquisit. Vtriusque Regni, in Ap- probat. Tomi de Mariana Deuotione per P. Christoph. de Vega con- scripti. Ad Maiorem Dei gloriam (inquit) fuit symbolum magnanimum, quod semper præ oculis, imo & in ore habuit, (cui quidem subseruiebat ardor ille, quo nobile illud Illustrissimi Patriarchæ, & Clarissimi Doctoris pectus ardebat, qui vel suo nomine Ignis Seraphici, quo æstuabat, si-
gna*

Qui maio-
rem Dei
gloriã sem-
per in ore,
& præ ma-
nibus vir-
tutum ope-
ribus habe-
bat.

gna præferbat) sed & illam præ manibus semper heroicis virtutum operibus plenissimis, ad maiorem Dei Gloriam, vt ad scopum collimantibus, D. Ignatius de Loyola. Quam ob rationem in fundatione clarissimæ suæ, & nunquam dignè sublimatę Religionis Societatis IESV (quæ est sacra Sanctitatis Idæa, & totius doctrinæ, & eruditionis exemplar) in illam & in illum aciem oculorum direxit; in illo cęlesti solo plantauit eam, agendo radices, & crescendo tam floridâ, vernante, ac frugifera pompa, vt cęlo lætitiã, Ecclesiæ admirationem pariat: illique quod de ista dixit Christianus Demosthenes Chrysofomus mirabiliter quadrat. Ecclesia (Societas) in cęlo radices fixas habet, priusquam in terra. Idque ut bene fundata & radicata in cęlo, & in gloria IESV, opimos in terra fructus eiusdem gloriæ ferat; quod quidem nunc etiam Sanctissimus Pater ipse per se sollicitat in cęlis, & per filios sibi similes, & minime degeneres consequitur in terris, scilicet vt vel ipse Naso cecinit. lib. 4. Metamorphos.

*Qui viret in folijs, venit ex radicibus humor,
Et Patris in filios abeunt cum semine mores.*

Sed & ipsa Tullij eloquentia prædicauit de claris. Orator. aut Bruto num. 112. ò generosam stirpem, & tanquam in vnã arborem plura genera, sic in istã domum multorum insitam atque illustratã sapientiam! Ex illo Progenitore Ethna amoris Dei, prodierunt filij flammæ, faces, & lumina ingenium illuminantia, & voluntatem ad omnem virtutem inflammantia: ita vt de illis dixisse videatur magnus Aurelius Cassiodorus: [Nati sunt faces ex facibus, & naturam retinentes fetus arborei pullularunt.] Sed tam sublimem Religionem (iuuenilis ætatis meæ excultricem, cui constantissimo deuinctus fui semper obsequio) silentio venerari mihi Sacratius est, cum maximè vel ipsius famæ vox extensora, & calamus citissimus in incepto deficerent. Taceo cum Quidio in Ibin. vers. 203.

*Cuius præter
terus Sera-
phici amo-
ris, vel in
ipso nomi-
ne signa
præferbat.*

*Societas
Sanctitatis
Idæa, do-
ctrina, &
eruditionis
exemplar.*

*Tam flori-
da creuit, vt
cælo læti-
tiam, Ec-
clesiæ, ad-
miratiõẽ
pariat.*

*Radicata
in cælo, &
in gloria
Iesu opimis
in terra
fructibus.*

*Stirps ge-
nerosa.*

*Ex Ignatio
amoris Eth-
na filij
flamma, &
lumina
prodicere.*

*Ingenium
illuminan-
tia, & vo-
luntatẽ ad
virtutem
inflam-
mantia.*

*Nec mala, voce mea poterunt tua cuncta referre,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.*

*Societas
alienis Elo-
gijs non in-
diger, sed
sui ipsius
semper
Elogium.*

Id duntaxat de tam Sacrato Ordine iuuat dicere, quod de magna Carthagine Salustius: [Cum tam multa dici possent, melius est silere, quàm pauca dicere.] Cum præsertim alienis Elogijs non indigeat, quæ sui ipsius semper erit Elogium, vt optimè Valerius Maximus: Publicè conseruata virtus, priuata laudatione non indiget. *Hucusque ille ex Hispano idiomate fideliter latine redditum.*

*Est sacer-
rimus, &
clariss.
Ordo.*

*Paradisus
Solis IESV
iubare il-
lustratus.*

*Ornamen-
tum Ordi-
num cete-
rorum.*

*Cuius filij
sui odoris
fragrantia
mundum
replent.*

*Et splendo-
re suo fir-
mamenti
lumina
vincunt.*

AB EODEM *In Approbat. Tom. I. de Theogol. Mariana eiusdem P. Christoph. de Vega: vbi postquam Societatem, Sacerrimum & clarissimum Ordinem appellauit, eius laudes profequitur in hunc modum. Plaga, inquit, huius amplissimi campi, augusta & Sacra Societas IESV (sub cuius vexillo, etsi nomen non dederim, ab incunabulis fere animum tradidi) Orientalis est, & ille situs Edem consiti Paradisi, ad terram habito respectu promissam. Quæ à solis IESV iubare primo & maximè illustratur: de qua adlocutus magnus ita videtur Cassiodorus. [Ornamentum est Ordinum cæterorum. Recipiat alius Ordo forte mediocres: Senatus respuit eximie non probatos.] Lib. I. epist. 13. & 41. De eiusque alumnis fortunatis Cæsarius Nazianzeni frater visus est mihi prædixisse. [Totum mundum suauis odoris fragrantia replent, qui & splendore suo firmamenti luminaria vincunt, & vitæ sermonem continent. Quorum elychnion nunquam decedit, & lucerna non comminuitur, & Oleum non absumitur, & lampas non quassatur, & flamma non extinguitur.] *Hæc ille ex Cæsario, & belle quidem in commendationem Societatis.**

AB EODEM *In Approbatione ad Opusculum Amadei Guimenij Lomariensis Primarij olim Theologiae Professoris, cui est titulus; Aduersus quorundam expostulationes, contra nonnullas Iesuitarum opiniones morales, vbi inter alia, vir tantus Societatisque amantissimus hæc de ea spargit encomia. Nec modo, inquit, in aliqua Auctoris thesi, quiddam fidei orthodoxæ dogmatibus, rectorum morum*

morum institutis, desideratæque veritatis vestigijs deuium
 offendi: quin imo eius Consilium inuidiosum summis laudi-
 bus, præconijsque, oppido efferendum sensi. Disrumpitur
 hæreticæ impietatis animus, lior virulentus effruet in Sa-
 cerrimam, nunquamque dignis illustratam encomijs Socie-
 tatem IESV. *Et postquam ex ea tamquam ex equo quondam Tro-*
yano multos produisse Patres, cum Cocceo Augustiniane Familie Ma-
gno lumine dixisset, subdit: Et profundiori stylo Apostolica O-
racula Pauli I II. Greg. XIII. Pij V. aliorumque summorum
 Pontificum in suis diplomatibus in æthera vsque laudibus
 efferunt Societatem, cuiusque inuictorum militum facinora
 pandunt. Hæc cum Apostolico iure iurando ita se habeant,
 quid mirum si Orcus in tantæ Matris Venerabiles liberos
 excandescens infremuerit? Ac per infidos suos, & Anony-
 mum (qui pudore forte correptus nomen non dedit) in eo-
 rum mirabilem, sanamque inuehant doctrinam, eorumque
 placita iniquis notando censuris eorum inuerecunde famam
 studeant denigrare? Ex Xenophonte refertur [quod si etiam,
 sine aliquo errore quidquam peragat aliquis, non facile est
 quin patiat, aut inueniat aliquem iniquum iudicem, &c.]
 Hunc in Anonymo, Iesuitica Societas virtutum ac scientia-
 rum Emporium experta est. Et cum penè prodigium sit in
 tot, immo innumeris fere eius Authoribus, qui ingenij sui
 monumenta tradiderunt, aliud, quod carpat haud depre-
 henderit; Ipsa tamen non inanis philautiæ ardore ducta,
 æquo animo calumnijs pepercit, firmans exemplo, quæ
 verbo docet, vt suæ consuetæ (forsitan nimix) modestiæ non
 parcat. Cum pluribus æquum videretur, quod eorum vita
 ac doctrina in exemplar imitationis posita ab ea acerrimè
 contra detrahentium linguas propugnaretur. *Et postea addit.*
 Sed etsi Iesuiticæ Societati mire adaptetur quod de magna
 Carthagine dictum à Crispo, referente Macrobio Saturnali
 cap. vltim. [Nullius laudibus Carthago crescit, nec vitupe-
 ratione minuitur.] Æquissimus nihilominus omnipotens in

*Societas
nunquam
dignis en-
comijs illu-
strata.*

*A Pontifi-
cibus in
æthera vsq[ue]
laudibus
ellata.*

*Qui eius
inuictorum
militum
facinora
pandunt.*

*Ideo in eo-
rum mira-
bilem do-
ctrinam
orcus in-
fremuit.*

*Societas
scientiarum
Emporium.*
*Ac pene
prodigium
innumeris
eius Aucto-
ribus.*

*Nimia eius
modestia in
tolerandis
calumnijs.*

*Nec laudi-
bus crescit,
nec vitupe-
ratione
minuitur.*



Eius do-
ctrina fru-
stra aduer-
sariorum
zelis impe-
tita,

manibus aduersarij illam minimè derelinquens, suscitauit spiritum sapientissimi Amadæi eiusdem lacte sine dolo nutriti, apprehendentis arma & scutum, suaque flammea dexteritate Doctrinam Doctorum IESV præclaro nomine signatorum strenuè decertantis, animositatem aduersarij coercentis, tela retudentis, valentis cum Hieremia merito iactare cap. 13. & 21. ad Anonymum. [Tu enim docuisti me aduersum te, & erudisti in caput tuum] ictus item quibus impetuntur frustraneos, irritos & vanidos suæ doctrinæ candore detegentis. De quo Virgilius cecinisse videtur.

Romana stirpis Origo.

Quæ syde-
reo clypeo,
armisque
caelestibus
defenditur.

Sydereo flammans clypeo, caelestibus armis.

Societas à
Capitulo
Generali
Franciscanorum
cōmendata.

In quo Magistris suis iuste debitum persoluit. Iure igitur feliciterque pro suis moderatoribus, Amadæus dimicauit, ac vicit. Sed age iam nollem me suspectum haberi, rigidasque Censoris leges pro encomijs commutare? Ne quis tamen nimis scrupulosè miretur limites iudicantis transgressam gratam sobolem: [sum equidem, vt verbis vtat Cassiodori lib. 12. epist. 2. ad Ioan. Pap. Iudex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus,] perpetuoque requiram debita leuitis meis decantare Doctoribus. Sic ille in suo approbat. opusculi Amadæi iam dicti, Valentiaque typis editi anno 1661.

70. A CAPITULO GENERALI Pincia habito, in quo Venerandi huius Seraphicæ Familie Patres suum erga Societatem plenum charitatis animum ostenderunt Decreto in hæc verba edito. Cum noster Ordo Minimorum existat, atque in humilitate præcipue, & charitate fundatus, nouerint fratres omnes vbique terrarum dispersi, religiosos cuiuslibet Religionis humiliter, & humane tractare, tum maximè eos, qui de Societate IESV fuerint: quos diligere, & honorare debent, eosque ad actus literarios, festorum celebritatem, aliosque publi-

publicos actus, ad quos religiosi conuenire solent, cum charitate inuitare & suscipere. Nec nostrorum quisquam audeat ijs publicè vel occulte detrahere. Ita refertur Par.3. Hist. Soc. lib.1.num.119.

71. A LVCA GVADIN Commissario Generali Ordinis Seraphici, viroque grauissimo, qui tantam de Religione nostra, ac Ignatio Fundatore sanctissimo opinionem conceperat, ut diceret, Senescenti Orbi fulciendo Societatem summissam: Vniulque hominis perpetuo studio vilificantis prolem Illustrem; felicitis Parentis felicem progeniem. Hæc ille in censura auri illius libelli de Gloria S. Ignatij. Et que maior Ignatij gloria, eum Religionem procreasse qua senescentem Orbem, & iam pene caducum virtutis ac doctrine fulcris sustentet.

Senescenti Orbi fulciendo de celo summissa.

Felicitis Parentis proles illustris ac felix progenies.

72. A PETRO OPMERSENSI In Probatione Missæ pag. 129. Iesuitæ (inquit) ad transmarinos, & nouas Insulas, ipsosque Antipodas (sicut & Franciscani) profecti multas gentes sua prædicatione ad Christianismum perduxerunt: Lutherani, ac alij Hæretici hunc Ordinem pessimè oderunt, quod ipsi eorum dogmata confutent, & vehementer infestentur. Ego vnum è Societate Patrem opponerem contra centum Lutheranos, ac totidem Calvinistas; in quo plus est pietatis, ac solidæ eruditionis, quàm in omnibus istis, etiam si in vnâ essent conglomerati massam. Hactenus doctissimus, ac pussimus Franciscanus in medio Germanie, & coram ipsorum Hæreticorum agminibus conglobatis. Ita refertur nouissimè à P. Gabriele de Henao Par.2. de Sacrificio Missæ. disput. 27. sect. 12. num.124.

Iesuita ad ipsos Antipodas prædicatione penetrarunt.

Quàm sint hereticis odiosi?

Vnus Iesuita contra centum Lutheranos, ac totidem Calvinistas opponendus.

In quo plus est pietatis, & eruditionis quàm in omnibus istis.

AB AVGVSTINIANIS.

Nascente
Societate
Christiani
mores Ro-
ma reuiu-
iscunt.

73. **A**B HIERONYMO ROMANO, *Viro pietate, ac eruditione clarissimo, qui agens de initijs Societatis in Ecclesia utilitatem, quam strenuè, tam utiliter laborantis, Vno (inquit) momento mutata est tota Roma, quia isti amici Dei se dispergebant per vicos, & plateas Urbis, vt cumulatiùs prodesse omnibus. Tunc incepit reuiuiscere antiqua deuotio Primitiuæ Ecclesiæ frequentandi confessionem & Eucharistiam: tunc repleri Tempa populo ad conciones confluente. Hæc ille apud Imaginem 1. sæculi Societ. lib. 3. cap. 8. fol. 373. * Et plura in hanc sententiam libro suo 6. de Republica Christianâ, de fructibus Societatis, propagatoque per eandem vsu Sacramentorum prosequitur in hunc modum. Consideratis (inquit) tot Ordinum incrementis, quotiam supra assignata manent, quo pacto creuerint, ac se multiplicauerint, in hoc Societatis Iesv Ordine clausi cæteri omnes videntur, quia si in illis fuerunt asperitas, Doctrina, Prædicatores, Magistri multarum virtutum, in isto id totum continetur, quia in eo inuenitur Schola temperantiæ, continentia, verecundia, Mundi contemptus, amor proximi, zelus animarum. Per hoc Institutum renouari vetus consuetudo frequentia Sacramentorum, Pænitentia, & communionis cœperunt, frænari Homines à blasphemijs, & iuramentis, seque omnes verbis sanctissimis, & amore plenis salutare. Hodie per hanc Religionem videmus modestiam in iuuenibus, educationem bonam in pueris, honestatem in Virginibus, grauitatem in Matronis, & tandem in quolibet hominum statu, ac conditione reformationem. Sic ille, apud P. Euseb. in vita S. Ignatij, tractatu de eius zelo, Regula 3.*

Est compendium
omnium
Religionum.

Omnium
virtutum
Schola.

Hominum
reformatrix.

74. **A** IOANNE MARQVEZ *Disertissimo Magistro, & Salmanticensis Vniuersitatis excellenti lumine in Governatore suo Christiano lib. 2. cap. 24. Notauit (inquit) Genebrardus lib. 4. Chronolog.*

nolog. anno 1521. hoc ipso anno, quo celebrata est diæta Wormatiensis, atque Luthero contigerunt, quæ de eo Historici produnt, incepisse sanctum illum Virum Ignatium de Loyola fundamenta ponere Instituti Societatis IESV, quæ inter floridiores Ecclesiæ cœtus de ijs est, qui maiores fructus attulere: ex qua velut ex equo Troiano hoc sæculo proficere viri insignes, qui non minus prospere calamo decertarunt aduersus pessimum Hæresiarcham & eius asseclas, quam gloriosus Imperator Carolus V. gladio. Ita ille apud Paulum Leonardum in Apolog. pro scientia Media Par. 2. numer. 87.

Cœtus ex
floridiori-
bus Eccle-
sia.

Ex ea velut
ex equo
Troiano in-
signes viri
prodierunt.

75. * A PETRO DE VALDERRAMA Prædicatore egregio, ac scriptore celeberrimo in sermone de Beatificat. S. Ignatij fol. 8. col. 2. Diuinus (inquit) filius Crucem super humeros baiulans se Ignatio manifestauit, cum ad prima sui Ordinis fundamenta iacienda Romam properabat. Eadem non Te exhiberes imagine, ô Domine, qua Euangelistarum Aquilæ Te exhibuisti, accitum ex ore vibrantem gladium? siquidem ex hoc sacro Cœtu innumera futura erat Prædicatorum multitudo, qui vndique Verbi Dei gladium versatilem rotantes in vitia & scelera, magna strage erant aliquando irruturi? vel cur ipsi non apparuisti calamum apprehendens digitis, vt illum Ignatius sibi assumeret, omnique suæ sapientissimæ communicaret Familiæ: cum ipsa tot, ac tam diuina volumina in lucem editura erat, vt tanquam prodigia celebrarentur? vel sicut Ioanni, & Ezechieli comedendum librum porrigens. Comede volumen istud: cum istius Societatis alumni, omnium Scriptorum volumina videantur deuorasse. Sed Crucem laborum insigne ostendit, quam Societatis filij humeris suis valentissime imponerent, &c. Et fol. 9. col. 2. Hic (ait) Sacratu Cœtus, licet adeo sit deditus Orationis, & meditationis studio, vt plurimas noctis horas vigil in hac occupatione persistat: tamen amor, & charitas animarum, quæ continuis ignibus eorum pectora depascit, illos adigit, vt Ec-

Sacratu
Cœtus in-
numera
Prædicato-
rum multi-
tudine pol-
lens.

Apoc. 1.
16.
Et insigniū
scriptorum.

Apoc. 10.
9.
Ezech. 3. 1

deditus
orationis
studio,

Ff clesix

*Aurmarum
zele, ac
puerorum
educationi.*

*Gen. 32.
26.*

*Omnibus
virtutes, &
æquos. mo-
res in-
quans.*

*Palma su-
blimis Ec-
clesia.
Cant. 7. 7.*

*Adhuc te-
nellamatu-
ros fructus
præbens.*

*Eius filij
Ecclesia.
Vbera.*

clesiæ gregis curam sollicitè agant, qui amor cum pinguibus pascuis, salutaribus disciplinis, & pellucidis integerrimæ doctrinæ riuulis nulla erroris impuritate turbatis indigeat, necessum fuit, ut à communi in choro psalmodia abstinerent, ne gregem absque necessario cibo mortis periculis exponerent, ut mererentur Angeli vocem excipere, Dimitte me, quia iam aurora est. Quomodo primas litteras pueris possent instillare? Christiana mysteria per compita illos edocere, primis grammaticæ rudimentis adolescentulos imbuere? Philosophiam, Theologiam, & Scripturæ interpretationem adolescentibus tradere: & simul omnibus, virtutes & æquos mores insinuare? Si continuo Chori pondere premerentur: quomodo tanta valeret eruditione populum in Ecclesijs instituire, quomodo in publicis vijs, in numerosis gentium cœtibus vitia eradicare, rapaces inferorum lupos arcere? si totum diei spatium in hymnis & Canticis occuparent: id neutiquam fieri poterat. Plurimos habet Ecclesia qui ad maiorem Dei gloriam, proprium meritum, & commune totius Ecclesiæ emolumentum in hoc occupentur, sed hæc Sacra Religio quam charitas, & omnium salutis desiderium impulit, ut curam istius gregis gereret, tam continuo studio, his implicari non potest, &c. Et sol. 12. col. 1. Palma *(inquit)* pluribus illaqueata racemis Societatis est clarissimum hieroglyphicum, statura tua assimilata est Palmæ, vbera tua quasi botrus *cant. 7.* quàm diuersam arborum Societatem diuinus sponfus hinc inuexit? Palma enim non nisi post ducentos aut trecentos annos ad perfectam altitudinem assurgit; fructusque suos, non nisi post longissima spatia producit, vitis autem tertio, vel quarto anno: verum hoc est Societatis miraculum, quæ cum tenella sit adhuc planta, maturos fructus præbet, & adeo se in aëra extollit, ac si annosa esset Palma. Hoc erat miraculum, quod Deus in hac Sacrata Religione Familia ostensurus erat. Etenim Societatis filios voluit esse Ecclesiæ vbera, qui ut vites doctrinæ & pietatis lacte infantes enutrent, & voluit esse

Botros,

Botros, quorum solidæ virtutis vino, ætate iam prouecti corroborentur. Igitur Societas Cætus est, cuius vberibus admota Ecclesiæ posteritas pinguescit, &c. *Et col. 2. Res (addit)* profecto mirabilis est, quod adeo hæc Religio excreuerit, & caput ad æthera sublimarit, cum tot impetita fuerit inimicorum iaculis! Palmam ergo celsissimam refert, quæ quo magis pressa, altius erigitur. Nec absque mysterio cum Palma Societatem contuli, quia quot victorijs, tot palmis exornata, & inter cæteras Ecclesiæ Legiones palma triumphali præfulget, &c. *Et tandem fol. 13. col. 1. concludit:* Vbi sapientiæ aqua, ibi Crucis lignum abesse nequit: Si ergo hæc sancta Religio ex Cathedris, scriptis, libris sapientiæ aquam dulcissimam diffundit, qua circumfusæ adolescant Ecclesiæ plantæ, & confusus dæmon in orcum demergitur, & fides maiori auctoritate firmatur, & denique recentes Hæreses delentur; quis negabit huic sanctæ Religioni Crucem grauiissimam deesse non posse. *Hæc ille ex Hispano idiomate latine reddita.*

*Doctrinæ,
& pietatis
lacte in-
fantes
enutrium.
Societas
instar Pal-
mæ, quo
magis pres-
sa, magis
erigitur.*

*Sapientiæ
aquam vi-
gandis Ec-
clesiæ
plantis, &
hæresibus
delendis,
diffundit.*

76. * A BARTHOL. LOPEZ LEGVISAMO *Sacrarum litterarum Interprete in Conuentu Cordubensi Bætico, egregioque Concionatore, qui sermone de Canonizat. S. Ignatij, & Xauer. post plures sanctissimi Parentis decantatas laudes à fol. 12. col. 1. & 2. sic eas prosequitur. Vltimum (inquit) sit encomium illa cælestis visio, quæ Romæ appropinquanti Ignatio ob oculos obuersata fuit, vbi Christus illis adeo beneuolis verbis sese in Societatis Custodem Angelum Sacramento adegit: Ego vobis Romæ propitius ero. Petro nihil plus promisit, neque in hac parte toti Ecclesiæ se magis liberalem ostendit. Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Ideo fortassis fuit, quia Societatem sublimare & in dies adaugere, idem ferme est, ac totius Ecclesiæ defensionem suscipere. Quod vt clarius appareat, ob oculos constituentur præeminentiæ, quibus exornatur. Qui erroris Societatis libris non refelluntur? quæ veritates non confirmant? quæ tenebris inuoluta dubia non euincuntur? ad quas regiones non penetrauit indefessus eius filio-*

*Luc. 22
32.*

*Eam subli-
mare, idem
est ac to-
tius Ecclē-
siæ defen-
sionem sus-
cipere.*

*Suorum
scriptis
errores
refellens.*

Ignatius
Ecclesia
lumen, &
Columen.

Societas
omnibus fi-
dei lucem
communi-
cat.

Ideo hono-
ratur.

Machina
affabre ex-
pollita,
ad maio-
rem Dei
gloriam.

Coronanda
ciuica co-
rona.

Ignatius
caelestis
ignis.

rum labor victricis fidei signa circumferentium? Nec myste-
rio vacat quod Ecclesiae Princeps Ignatium globulo tormen-
tario ad Pampelonensem arcem saucium curaturus è caelo
aduenerit. Etenim in hoc non tam pietatis persoluere offi-
cium visus est, quàm sceleratum sanitatis conferre benefi-
cium: cum ex Ignatio nouum Ecclesiae lumen, & firmissi-
mum columen excreceret. Cuius argumentum clarum est,
quod nulla sit Prouincia aliquibus fidei radijs illustrata, quæ
à Societate lucem suam non participarit, aut conseruet. In
Anglia, & in Iaponia Societatis video domos, illorum Re-
gnorum conuersionem procurantes, & in cruentis perfec-
tionibus semper inuictos Socios etiam vsque ad sanguinis
profusionem permanentes. Hinc deducimus (*concludit*) Ho-
noris, & æstimationis cumulum quibus Deus Societatem
tam commendatam à Pontificibus, tam æstimatam à Regi-
bus, tam celebratam ab Vniuerso, illustrat, esse præ-
mium, quod illi iustissimè debetur, &c. *Hæc ibidem col. 2. Et
plura alibi.*

77. * A IOANNE GALVARRO *Conuentus Granatensis Batici
Priore, egregioq; etiam Concionatore: qui in sermone de Beatif. S. Ignatij
sequens illius, & Societatis elogium latine etiam redditum, edidit.*
Ad hanc (*inquit, de D. Ignatio loquens*) maiorem Dei gloriam
omnibus viribus consequendam, hanc totius sui Ordinis ma-
chinam tam affabre expolitam erexit; ad hanc per varias
mundi plagas, aded molestissimas Missiones instituit: in hunc
finem omnia studia, omnesque istius sanctæ Familiæ labores
perfectè collimant. Quare Coronam ciuicam apud Roma-
nos celebratissimam eius capiti annectere iure optimo aude-
bimus, quæ in præmium cedebat ei, qui proprio vitæ, & san-
guinis neglecto periculo à crudeli, & ultimo fato conciuem
fortissimè eripuisset. Omnes ergo totius Societatis homines
ciuico coronemus diademate; siquidem nulla extimescentes
pericula, etiam propriam parui habentes incolumitatem,
nunc concionibus, nunc familiari conuersatione, nunc con-
silijs

filijs, nunc mille alijs rationibus ab æterna morte infinitos prope homines eripuerè, &c. Et fol.9.col.1. Vltimus (inquit) huius cælestis ignis effectus (de eodem D. Ignatio Parente loquitur) lux est, sapientiæ atque doctrinæ flamma, quam adeo in suo Illustri Cœtu accendit, vt verè dicendum nobis sit, in ipsa scientiarum præfulgere emporia, & Musæa, in ipsa splendere Athenienses, Parisienses, Salmantinas, Complutenses Academias. Hic adsunt luces animos illustrantes, errorum tenebras depellentes, voluntates inflammantes: hinc fluit oleum, quo reliquarum Religionum luminaria conseruantur, & augentur. Ipsa enim Religiosorum domos selectissimis viris implet, Canonicis Magistratibus Ecclesias, Regijs Senatibus, & Cancellarijs litteratos subministrat viros, Cathedralis Magistros, Romanæ Pænitentiarie aptissimos Ministros. Et demum ipsa illam facem eiaculatur, quæ Collegio Cardinalium ad omnem Theologicam, & controuersam contra Hæreticos subnascentem difficultatem suppetias fert, doctissimum scilicet Bellarminum Ordine secundum, & meritis omnino æqualem Francisco Toletum eiusdem Religionis Cardinali, glorioso Cordubensium ingeniorum ornamento. Libri, & scripta filiorum istius magni Parentis adeo in omni genere scientiarum numerum vincunt, vt nullo possint numero comprehendi, &c. Et postea addit col.2. Tot & tam illustres viros genuit Ignatius, vt ipsi sua gloria sufficientes essent ad se illustrandos, etsi eos nullis Ignatius illustraret splendoribus: & licet Ignatius illis præexcelsis careret virtutibus illum mirabiliter illustrantibus, omnes tamen Patriarchas vinceret (æquaret ego dicere) splendore, à tam lucida & splendenti posteritate, mutuato, &c. Et fol. 12. col. 1. Sanctus Iohannes (ait) in Apocalypsi 14. loquens de sanctis, qui Dei inexhausto lumine perfruuntur, de virginibus autem has duas deprædicat excellentias; Virgines sunt, sequuntur Agnum, habentes nomen eius. Et solos Virgines Agni vestigijs insistere, & vos solos Virgines IESVITAS nominari, solos Virgi-

Sapientiæ
ac doctrinæ
flammas
in suo illustri
Cœtu
accendens.

Ex quo fluit
oleum aliarum
Religionum
luminaria
conseruata.

Quas viris
selectissimis
implet.

Bellar. &
Toletus
laudati.

Sociorum
volumina
innumera.

Illi quam
lucida, &
splendens
Ignatij
posteritas.

Ideo Teste
Nomine
insigniti,
quia Virgines
Iesum
agnum sequuntur.
Apoc. 14.

A quo Vir-
ginitatem
vt patrimo-
nium, &
heredita-
tem acci-
piunt.

Societatis
Institutum
austerissi-
mum.

Sanctita-
tem vege-
tam, ac flo-
ridam sem-
per conser-
uans.

Eius my-
stici corpo-
ris eximia
pulchritu-
do.

Quem Ig-
natijs, vt
caput, filii
vt pedes
componunt.

Quorum
sanguis
mille mun-
di regiones
proluit.

Sunt Toni-
trua vitijs
confopitum
urbem ex-
citantia.

nes glorioso IESV titulo illustrari. Qui, & quorum hæc sunt signa? Magni certè Ignatij Filiorum, quorum splendidissimo Nomini puritatis, & virginitatis nitor maximè conuenit. Ab hac ergo stirpe tanquam Patrimonium & hereditatem, virginitatem acceperunt. *Et tandem col. 2. concludit.* Ex incorruptæ fidei auctoribus pro comperto habeo Societatis IESV Institutum ex austerissimis austerissimum esse: illud enim spiritum plus omnibus mortificationis habenas laxat, illud carnem strictissimè macerat, animi subnascentes affectus maximè reprimat, illud nulla laxamenta, & imperfectionum umbras, quæ in alijs institutis reperiri videntur, permittit: abs se abarcens quoscumque viderit insanabili vitiorum lue infestos. Quapropter primitiuam perfectionem & sanctitatem vegetam, & floridam semper conseruabit. *Ita ille in non modicam Societatis laudem.*

78. * A IOANNE DE CHAVES Priore Conuentus Salmanticensis, celebrique admodum Ecclesiae, in sermone de Beatificatione S. Ignatij, apud librum Fessler. Salmantic. pro eadem Beatificat. Vbi ille fol. 179. col. 2. Qui (inquit) totius Societatis mystici corporis eximiam pulchritudinem, & perfectionem ab imo ad summum, à capite ad calcem comprehendere velit, oculos in caput (quod maiestatis Sedes est) pedum non oblitus coniciat, in primisque Ignatij firmam, & viuam fidem, ardentemque amoris æstum attento contempletur intuitu. Sed ob oculos etiam constituat huius Sacrae Religionis excellentiam, & magnitudinem, &c. Oculos ad Pedes conuertite, ad Filios, inquam, Ignatij, illosque intuebimini largis sanguinis sui riuis mille mundi regiones proluentes, cuius roseo colore bellè purpurascunt, & in ipsis laborum, & Martyriorum ferro dulcissimum IESV Nomen inculpant, &c. *Et fol. 180. col. 2.* Quasi tonitrua (inquit) & fulgura vniuerso orbi illuxerunt, cumque vitiorum letargo confopitum verbum Dei intonantes, excitarunt. Testes sint huius veritatis Martyres qui impiæ Elisabethæ imperio in Anglia pro fide Catholica sangui-

sanguinem profudere: Testes sint quadraginta, quos Ignatius de Azebedo è Lusitania ducebat in Brasiliam, quos impius Calvinista crudeliter enectos in mare proiecit: testes sint innumeri quorum laboribus finem orbis Iaponia, Indiarum Apostolus Franciscus Xaverius terminum præfixit: Testes sint Sanctorum phalanges, quæ in fidei defensionem varijs Martyrijs, & tormentis gloriosè occubuère. Alij raptati, alij in diuersas partes dilacerati, plurimi è patibulo suspensi, omnesque pluribus iniuriarum, & ignominiarum iaculis petiti. Quam speciosi Pedes. Pulchritudo in Pedibus ob velocitatem qua per totum orbem sanctissimum Dei Nomen circumtulère, & Euangelium intonuère. Pulchritudo in Collegijs, in Domibus Professis, & alijs, è quibus velut armamentarijs, & armorum apothecis enses ex vtraque parte acutissimi deprompti, fortia videlicet contra Hæreses argumenta, quibus Ecclesiam semper propugnant: Quam speciosi Pedes. Pulchritudo in Academijs, vniuersitatibus, Cathedralicis, & Magistris, quos dispersos in omnibus florentissimis Academijs habent: qui licet mortalium mentes diuinæ legis præceptis instruant, inflammant etiam voluntates diuino amore. Pulchritudo in libris, & impressionibus, quas in lucem edidere, quæ adeo breui tempore excreuère, vt si in vna coaceruarentur lance cæteras aliarum Religionum lucubrations, suo pondere, credo, facile vincerent. Negari minime potest, si non pluribus, vna re saltem Religiones alias, superare, zelo nimirum communitatis, & communis vitationis, quam (quia vitam viuunt Apostolicam) firmiter retinent, illi maximè consulunt: nemini præterquam ægrotis singulare quidpiam permittentes, &c. Horum ergo Pedum pulchritudine, sui que Capitis exemplo, sanctitate, & virtute, noua hæc Ecclesia tanta pollet fortitudine, quanta speciosa formâ exornatur. Electa vt sol, pulchra vt luna, Terribilis, vt castrorum acies Ordinata, &c. Et fol. 183. col. 1. Inter cæteras (ait) sanctitatis dotes, quas eis velut testamento reli-

Et fulgura eundem illuminantia.

Quam speciosa Societas in pedibus.

Ob velocitatem, qua Dei nomen per totum orbem circumferunt. Rom. 10. 15.

In Collegijs, è quibus velut armarijs fortia tela contra hæreses depromuntur.

In Academijs, & vniuersitatibus.

Innumera editione voluminum.

Noua Ecclesia tanta fortitudine, quam speciosa formâ exornata.

Pulchra, vt luna, electa vt sol, terribilis, &c. Cant. 6. 9.

quit

*Modestia
ceteris præ-
lucens Or-
dinibus.*

*Plus omni-
bus per Or-
bem dila-
tata virtu-
te, litteris,
& Sancti-
tate.*

*Licet om-
nibus po-
sterior, om-
nes tamen
vt Gigas
assequitur,
& præter-
uolat.*

Pl. 18. 6.

*In Orbem
à Deo in-
ducta, vt
hæreticorū
erroribus
opponere-
tur.*

*Cuius filij
Catholicam
fidem vsq;
ad sangui-
nis dispen-
dia propu-
gnant.*

*Eius innu-
merabiles
fructus.*

quit Pater suus D. Ignatius, est exemplaris, qua cæteris Ordini-
bus prælucent modestia, quæ quidem licet sit exterior ho-
minis compositio, est tamen interioris virtutis index, & vnio-
nis cum Deo argumentum, &c. *Et postea fol. 185. col. 1.* vel in
hoc (*inquit*) hæc sacra Religio heres sui Parentis fuit. Nec-
dum plures excessere anni à prima sua fundatione, confirma-
tioneque, & tantopere excreuit, vt plus omnibus se in orbe
dilatauerit, & virtute, litteris & sanctitate illustrior euaserit,
&c. Quam proprio gradu (*concludit*) cæteræ omnes Religio-
nes certatim florescere cœperunt: en tibi vna exoritur, alte-
ra medium cursum tenet, illa splendescit, hæc ad metam
appropinquat; verum Societas IESV tanquam è specula re-
liquarum introitum & exitum in hac Mundi turbulenta mi-
lizia contemplabatur, & opportunam in huius palæstræ are-
nam descendendi tempestatem expectabat, donec tempus,
& occasionem nacta, exultauit vt Gigas ad currendam viam
tanta celeritate, virtute, litteris, sanctitate, & veræ fidei &
religionis cultu, vt cæteras Religiones non solum assecuta
esse, verum etiam quodammodo præuolasse videatur, &c.
Sic ille.

79. * A FERDINANDO CAMARGO, ET SALGADO *Historio-
grapho eruditissimo in Chronico Ecclesiæ Militantis Classe 16. fol. 299.
col. 1. fin.* Videtur (*inquit*) Deus in Orbem induxisse Ignatium,
& Societatem, vt Lutheri, & Caluini erroribus, quibus Re-
ligionem in Germania, Anglia, Flandria, Gallia, & alijs Pro-
uincijs prophanarunt, opponerentur. In his enim Pro-
uincijs Ignatij discipuli Catholicam fidem libris, concioni-
bus, & Controuersijs propugnant, conseruant, & strenuè
vsque ad sanguinis effusionem & vitæ gloriosa dispendia de-
fendunt. Fructus, quos hæc Sanctissima Religio ad matu-
ritatem perduxit non vnus voluminis exigui narratione
comprehendi possunt, quin potius plures copiosos & elegan-
tes exigunt scriptores, &c. *Et post multa tandem concludit fol.
304. col. 2.* Martyres (*inquit*) quos in lucem tanquam nobilif-
simos

simos foetus edidit hæc Sanctissima Religio, adeo numerosi sunt, vt iure optimo Mater Martyrum pleno ore acclamanda foret. Hucusque ille *vulgari idiomate sed non vulgari erga Societatem & suos affectu, vt patet ex Martyrum, & Martyriorum sedula narratione, quæ breuitatis causa omittenda duxi.*

Est Mater Martyrum.

80. * AB ALFONSO DELA CORTE Doctore Primario Complutensi, qui in Approbatione ad Tom. P. Andreæ Perez de Triumphis fidei per nostræ Societatis Patres in Sinaloa reportatis, Societatem appellat. Religionem præclaram, magnique Parentis Ignatij spiritus, ac zeli animarum Hæredem. In quo non modica pullulat Societatis laus, tanto Ecclesiæ Giganti coæquari.

Societas Religio præclara Ignatiant spiritus, & zeli hæres.

81. * A IOAN. GONZALEZ DE MENDOZA Pœnitentiario Apostolico in Itinerario noui Orbis cap. 14. fol. mihi 349. qui postquam Christi fidem in aliquibus Iaponiæ Insulis, accurata diligentia, ac labore Patrum Jesuitarum introductam, asseruit; subdit, Eos sanctam doctrinam, vitamque Xauerij Apostolicam in dictarum Insularum conuersione imitatos, illisque iustissimas agendas gratias, eo quod adamantina Iaponum corda fecerint emollescere: qui bona doctrina, exemploque Patrum meliores Christianos, quàm Orientalis Indiæ se exhibent.

Eius filiorum diligentia introducta fides in Iaponiam. Sancta doctrina, & Apostolica vita.

82. AB ALFONSO DE MENDOZA Magistro doctissimo relato in Approbat. R. P. Fr. Ioannis Ponze de Leon ad Tom. 1. Vir Illust. Soc. fol. mihi 1. col. 2. Quæ (inquit) in terris regio non plena tam fructuoso (Societatis) labore. Illa ergo cunctarum Genitrix nationum. Sic enim oportebat quando totum Nomen Tetragrammaton hauserat. Sic ille.

Societas cunctarum Genitrix nationum.

83. * AB AVGVST. OSSORIO Leride Priore dignissimo in ser. de S. Ign. fol. mihi 1. col. 2. Societas IESV (inquit) supra Iesum fundata felix ac fortunata Fabrica: sapiens Artifex B. Ignatius fundator; tam nobili principio clarum est, machinam fundamento non imparem surrecturam. Sane prototypus, in quem inspexit Ignatius, Edificiũ diues, elaboratum quouis pretioso

Felix ac fortunata fabrica supra Iesum fundata.

Gg lapide

*Ædificium
diues pre-
vioso lapide
varium, &
ad perpe-
tuitatem
firmum.*

*Admirabi-
lis magni-
tudinis.*

*Cuius glo-
ria quasi
Oliua, &
odor eius
vt Libani.*

*Eius ex-
cursiones,
& ministe-
ria.*

*Volumina
omnium
facultatum
in lucem
edita.*

*Quorum
doctrina
sancta, se-
cura, vti-
lisque ad
animarum
salutem.*

*Societas
suauem
virtutis, ac
doctrina
odorem
diffundit.*

*Religio ce-
leberrima,
Nazareta,
electa, ac
singularis.*

lapide varium, & ad perpetuitatem firmum promittit, &c. Et postea fol. 3. col. 2. Sanctissima (ait) IESV Societas Ædificium est, fabricaque admirabilis magnitudinis. Et rursus fol. 4. col. 2. Scire vultis fructus rami (Ignatij nempe & sociorum.) ex viginti octo Regibus in India Orientali Lusitanorum Coronæ subiectis, & ex sexaginta quinque in Iaponia fere omnibus opera, & ministerio Patrum Societatis IESV conuersis, constat: de qua videtur Oseas locutus, cum dixit: Ibunt rami eius, & erit quasi Oliua gloria eius, & odor eius vt Libani cap. 4. Et fol. 5. Postquam Societatis excursiones in omnes mundi plagas ad omnes exterarum nationes enumerasset, ait: Sed ad quid tot maria nauigamus, per tot ac tam remotas terras peregrinamur, huius sacratissimæ Religionis fructus conquirentes, cum in nostris possimus affatim exempla suppeditare: nempe eius suggesta, confessiones, exercitia, missiones, sanctam infirmorum consolationem, adiuuare patibulo destinatos, in Ecclesia Catholica frequentem Sacramentorum vsum excitasse: opera, & libros ex omnium scientiarum, & facultatum genere in lucem editos, tanta securitate, ac eruditione, vt nihil amplius desiderari possit, in sacra præcipuè Theologia positiua, & Scholastica, quorum doctrina sancta, secunda, vtilisque ad animarum salutem hodie legitur, docetur in præcipuis Christiani nominis vniuersitatibus, magno hæreticorum dolore, qui doctrinæ sanctæque vitæ Societatis IESV se capitales inimicos, ac persecutores profitentur, &c. Et postea fol. 6. Societas (inquit) IESV quamuis ex se admirabilem Sanctitatis fragrantiam, suauemque virtutis, ac doctrinæ odorem diffundat, quo fragrat Ecclesia Dei, & licet hanc in Scholis maioribus Theologiæ fructibus abundantem reddat, præcipuè verò eam ex primis grammaticæ rudimentis, elementari-que puerorum institutione exornat, &c. fol. 7. col. 1. subdit: Religio est non solum approbata in Ecclesia à Summis Pontificibus, sed etiam à sancto Tridentino Concilio, & inter approbatas celeberrima, &c. Ac tandem fol. 9. concludit,

IESV

IESV Societatem Religionem esse Nazaræam, electam, ac singularem. *Sic ille.*

84. AB ANTONIO DE SAN ROMAN *In sua Mensa spiritualium ciborum Par. 2. Tract. 4. cap. 1. fin.* Nec tamen (ait) idcirco quia excucullatorum Ordinibus, Heroas hos nouem eduxi, in Ordine Clericali desunt, qui sese offerant seligendos, cum oculatus ipse sim testis, esse quamplurimos, præsertim in Clericorum Regularium Societatis IESV religiosa Familia, qui vt Angeli pacis, licet omnium postremi ad hæc se regna contulerint, inter primos tamen Apostolici laboris mercedem, ac præmia nanciscuntur.

Cuius filij Angeli pacis sunt.

Qui licet postremi venerint, Apostolice laboris præmia inter primos nanciscuntur.

85. AB ARCHANGELA PANIGAROLA; *quæ obiit Mediolani ann. 1525. in Cœnobio sanctimonialium S. Marthe sub regula S. Augustini religiosissime militantium. Huic sanctissime femina constans fama est in eo Monasterio fuisse inter alia diuinitus significatum, Appetere tempus, quo tempore Ecclesiastica disciplina reformaretur: atque ad eam reformationem laturos auxiliium Sacerdotes quosdam, qui laboraturi essent in conuersione totius mundi, concionibus potissimum habendis tanquam noui Apostoli, & de Societate IESV nominandi. Hoc diuino monitu mire solata suas Archangela, decessit. Ita refertur apud Nigronium in Comment. Regul. Soc. Tit. Par. 3. num. 24. & passim alibi apud nostros, & externos Auctores.*

Prædicta ab Archangela Panigarola, Societas.

Vt quæ ad Orbis reformationem opem eratatura.

86. * A IOANNE DE RIBERA S. Officij Qualificatore, in Regia Limensi Academia Theologice Primario Professore, Prouincie sue Capite, inter omnes huius Occidentis viros celebratissimos facile Principe, in Censurâ nunciij vniuerso terrarum Orbi acceptissimi, de honorifica Societatis IESV in Rempublicam, & Ditionem Venetam reuocatione, & antiquis sedibus, & pristinis honoribus restitutione Limæ Proregis iussu typis excusâ 22. decemb. 1657. Quot lacrymis (inquit) olim Senatus Venetus Societatem IESV ab euntem prosecutus est, tot iubilis nuper eam redeuntem est amplexatus: quàm luctuosus egressus, tam iucundus fuit toti Reipublicæ, totiqtue Societati regressus: imò verò multo iu-

Singularè gaudium ob restitutionem Societatis in Venetam ditionem.

*Theſaurus
virtutum
Societas
eſt.*

*Errorum ac
vitiatorum
vbiq; de-
bellatrix.*

*Onuſtaque
triumphis.*

cundior: Inſolitum enim bonum plus amatur, & ſequenti gaudio confert dulcedinem temporum præmiſſa triſtitia; inquit Caſſiodor. lib. 8. var. epiſt. 20. Scilicet quinquaginta annorum patientia (improbis Hæreſeos gannitibus laceſſita, mille opprobriorum plauſtris onerata, mordaculis maleuolorum, & inuidorum corroſa dentibus, probroſis criminationibus iactata à multis, qui eam neſcire affectabant, ne cogentur æſtimare, Nolentes audire, quod auditum damnare non poſſent, teſte Tertul. in Apolog. c. 1.) Pretium fuit, quo Societas IESV (virtutum Theſaurus, à quo non patientiæ tantum verum etiam virtutum omnium exempla peti poſſunt) in Officina Prouidentia, honorificentiffimum Elogium, & incomparabilis gloria diploma ſibi comparauit, quo ſanctiſſimus Pontifex noſter Alexander 7. iſtam Religionem, errorum & vitiatorum Debellatricem in Germanijs, Hiſpanijs, & Gallijs, & vt vno verbo dicam, in toto terrarum Orbe, à ſolis ortu uſque ad Occaſum triumphis onuſtam, in nobilem illum Venetiæ Principatum reducit. Felix reuera quinquagenaria illa Patientia, quæ tam illuſtri corona promeruit compenſari. Canat ergo Hiſpanus noſter lucanus 1. Pharfal.

*Quod ſi non aliam venturo fata Neroni
Inuenere viam, magnoque æterna parantur
Regna Deo, calumque ſuo ſeruire Tonanti,
Non niſi ſeuorum potuit poſt bella Gigantum:
Iam nihil, o ſuperi, querimur: ſcelus omne neſaſque
Hac Mercede placet.*

*Eius pa-
tientia in
perſecutio-
nibus inex-
plebilis, et
inuita.*

Id eſt tanta eſt, tamque inſolita merces, tantus valor, tantaque honoris magnitudo, vt eius conſideratione vileſcant, imò inaneſcant, quot & quanta deuorauit opprobria, inuita & inexplebilis Societatis patientia. Immeritò equidem pudore ſuffula quinquagenario: vnde fuit reditus tantò gratior, quanto abſentia diuturnior, & exitus cauſa religioſior. Etenim & opprobriorum contemptus bonis viam parat ad honores, &

præ-

præmissæ tristitiæ incudes sunt gaudiorum, Nam magis gaudent homines de rebus perditis (*cum recuperantur*) quam semper possessis, teste Chrisol. ser. 76. Ita mulier inuenta Dragma collæatur, & ipsemet Christus, eodem Chrisol. teste ibid. Iniuriam passionis, totam transisse sentit in gloriam Resurrectionis. Heroicum hoc opus fecit Alexander (cuius umbella fuit Macedo) sed fuit non solus, fecerunt & Venetiæ, redeat ad nomen antiquum Præfectura illa Prætorij toto orbe laudabilis, iuxta Cassiodor. supra: fecit & vniuersus orbis Christianus voto suo: fecerunt oppida omnia suis desiderijs: fecerunt Sacerdotes suis lachrymis: fecerunt omnes à sene ad puerum; à Cræso ad Irum conspirantes ad abstergendas lachrymas à pupilla oculorum suorum Societate IESV, cupidissimi huius successus prosperitate. Quod de electione Traiani à Nerua scripsit eius Encomiastes Plinius, hîc veriùs quadrat, Non vnus Neruæ iudicium illud, illa electio fuit: nam qui vbique sunt homines, hoc quidem votis expetebant: ille tantum iure Principis occupauit, primusque fecit, quod omnes facturi erant: nec Hercule tantopere factum placeret, nisi placuisset antequam fieret. Cum ergo sit ista Communis omnibus felicitas, imprimatur, & nota fiat omnibus, vt omnes congaudeant, & inuentam suam dragmam Venetijs, & suum Thesaurum Societati IESV congratulentur. Limæ 22. Decemb. 1657. Hæc ille.

87. A BASILIO PONTIO *Scriptore doctissimo, qui cum simplicia vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientie, qua in Societate post biennium prolata, Religiosum efficiunt, accusata essent nouitatis, in varijs, quest. 3. Scholastica, ita concludit: Ex dictis in*

Ex quibus in maiorem gloriam assurgit.

Omnium vota de eius restitutione in Venetiam.

Laudabile Societatis Institutum magno Christianæ Reip. commo destinatum.

Religionis & nomen, & rationem adimebant. Nam si vete-

Vindicatur
à calum-
nijs.

rum scripta euolissent diligentius, hanc viuendi normam Societatis IESV, quoad eam partem, quæ constat Votis simplicibus post-biennium emissis in Religione approbata, eiusdem prorsus rationis esse cum primis illis exordijs Monachismi, & antiquo statu Monachorum Basilij, Augustini & Benedicti, comperissent. *Hactenus Basilius Pontius seculi nostri, & antecedentis felix prodigium. Ita apud P. Gabrielem Henao de scientia Media Historice propugnata num. 147.*

Ignatius,
Societas,
& Nomen
laudantur.

88. A PROSPERO STELLARTIO, *In Fundamentis ac Regulis omnium Religionum cap. 38. fol. 544. loquens de Societate, hoc præclarum edidit ille testimonium.* Inter præclaras, quæ Christo militant Religiones haud mediocrem locum sortitur Societas IESV. Auctorem habuit Virum Sanctitate præclarum, iamque in canonem relatam Ignatium de Loyola genere nobilem, domo Cantabrum, &c. Huius autem Sacræ Societatis sectatores apud Hispanos, & Italos Theatini passim vociferantur: male tamen, cum Institutum Theatinorum sub S. P. N. Augustini regula merentium fundatorem habeat Petrum Caratam Neapolitanum Episcopum quondam Theatinum, vnde nomenclatura dimanauit. Franci, atque Nostrates Belgæ Iesuitas appellarint, nobili quidem Nomine, &c. Cæterum huius Illustris Societatis IESV præcipuum studium est Ecclesiæ inter varios Hæreticorum assultus quassatæ, ac periclitanti totis neruis succurrere, docendo, prædicando, scribendo, fidelium confessiones audiendo: quibus in muneribus præclari admodum inter eos enituere viri, quorum plures Indos, & Iapones Euangelij face collustrauere. *Hæc scriptor grauiissimus.*

Huius studium, Ecclesia inter Hæreticorum assultus periclitanti succurrere.

A CARMELITANIS.

89. **A** S. M. TERESIA A IESV, *Nota in toto terrarum Orbe* Quanti & Teresia fecerit Societatem.
Sanctitatis, & sapientia Virgine Illustrissima tot Religio-
sarum personarum Fundatrice & Reformatrice clarissima: illa, in-
quam, Virago incomparabilis, Heroïna, & inuincibilis Debora,
illa omnigenæ Sanctitatis Mulier vere fortis suis exemplis, verbis,
& scriptis mirifice Societatem commendauit, & honorauit.

Primò, profundissima humilitatis exemplis commendauit, cum Cuius doctrina suæ se spiritua-
cap. 5. suæ vitæ pag. 47. sic Sancta de se scribit: Mansi in hac cæci- tem profectu-
tate credo plusquam septemdecim annis, donec quidam Pa- rum debe-
ter S. Dominici valde doctus mihi aperuit oculos in aliquibus re fatetur.
rebus: & illi ex Societate IESV totaliter mihi incusserunt tan-
tum timorem (scilicet non parui faciendi quedam peccata venia-
lia, que quidam rudes Confessarij dicebant S. Teresie non esse pec-
cata) aggrauando mea adeo mala principia, sicut postea
dicam.

Et cap. 23. pag. 246. sic eadem Sancta scribit: Laudatus sit Do-
minus, quod mihi gratiam dederit obediendi meis Confes-
sarijs quamuis imperfecte, qui quasi semper fuerunt isti be-
nedicti Homines Societatis IESV, &c. Cœpit postea anima
mea sentire manifestam meliorationem sicut nunc dicam.

Secundus modus, quo Sanctissima Teresia Societatem IESV com-
mendauit, situs est in miris laudibus Societatis, de qua hæc scripsit in
eodem vitæ suæ cap. 23. pag. 236. Cum (inquit) venissent huc Pa-
tres Societatis IESV, quibus ego non cognoscendo vllum eo-
rum, eram multum addicta, tantum quia sciebam modum
eorum ita viuendi sicut orandi. Sed non me inueniebam di-
gnam loquendi cum illis, nec fortem ad obediendum illis. Et
infra. Fuit propter maius bonum meum, vt ego cognosce-
rem, & tractarem cum Gente adeo Sancta, qualis est Socie-
tas IESV. Et alio in loco eiusdem Capituli 23. pag. 244. Sic ait:

Afflige-

Quanta de
suorum-
Confessa-
riorum
Sanctitate
existima-
tio?

Affligebar, quod domestici me viderent tractantem cum Personis adeo Sanctis vti erant illæ ex Societate, timens miseriam meam, & videbar magis esse obligata, ne essem adeo misera, & vt me priuarem meis recreationibus otiosis.

Et de So-
cietatis per-
sonis.

Et cap. 24. pag. 249. sic scribit: Habitabam prope illos (scilicet Patres Societatis IESV, de quibus ibi egit) gaudendo valde quod tractarem frequenter cum illis: quia tantum cognoscendo Sanctitatem illorum conuersationis, erat magnus profectus, quem anima mea sentiebat.

Et cap. 33. pag. 364. de quodam itinere sibi à Prouinciali imperato scribens ait: Consolabar multum quod scirem in illo loco esse Domum Societatis IESV.

Extat quoque Epistola fragmentum, quam ipsa Sanctissima Mater Teresa 28. Iulij anno 1568. Abulæ dedit ad Christophorum Rodriguez de Moya, cum ille Segura de la Sierra erigere percuperet claustrum discalceatarum Virginum, in idque suas filias ipse inducere, eâ tantum lege, vt Societatis directioni tam filie, quàm reliquæ absfundati Cœnobij Virgines subiacerent. Igitur sanctæ Matris verba ex Hispano idiomate latinè sic sonant. Homines Societatis IESV sunt mei Patres, quibus post Deum debet anima mea bonum omne, si quod habet. Filiabus suis afficio ex eo quod intelligam eas cum Patribus istis agere solitas: nec enim quæuis, spirituales licet sint, illico conueniunt nostro Instituto, nisi quibus illi à confessionibus sunt, quales sunt propemodum omnes Monasteriorum nostrorum alumnae: neque memini vllam recepisse me, quæ non esset eorum filia, quandoquidem eæ præsertim nobis aptæ sunt. Equidem gratias ago Deo, quod eorum qui me genuere, Patrum spiritus mea in Cœnobia ab eisdem transfusus sit. Itaque R^{mus}. Generalis Noster, nuper hac transiens ita præcepit, vt Patres Societatis exhortationes haberent ad nostras. Nec vllius auctoritate prohiberi possent, absoluerentque passim confiteri volentes. Obstare quidem Constitutiones eorum, non vetare

Quorum se
filiam fa-
ctetur.

Et eorum
doctrina
omnes Mo-
niales vti
desiderat.

tamen,

tamen, quominus interdum id fiat, nobisque inter agendum recte consulant; quod faciunt magno cum fructu. Desiderium tuarum filiarum, vt nouum illud Coenobium tuum Patrum curæ subiiciant; idem & meum est. Scito tamen illos id non admissuros, esset licet Principum fæminarum; qualia, modo vellent, ex hoc multa haberent; adeoque quod optas, fieri non potest. Benedictus sit Deus, habere nos præ alijs libertatem agendi cum Patribus istis, quam nec auferet vsquam, neque aufert, &c. *Tam bene tum sensit de Societate Teresia, sentiretque si viueret etiamnum.*

Ac Societatis regimini sua Monasteria tradere.

Tertio modo eadem S. Mater honorauit Societatem, seu potius Deus per eam, quia res eximias ei reuelauit, tum de vniuersa Societate IESV, tum de varijs eius personis. Qua de re sic ipsamet scribit in *vita sua cap. 38. pag. 421.* De aliquibus (inquit) Religiosis vnus certi Ordinis, & de toto Ordine simul, vidi magnas res, vidi illos in cælo cum vexillis albis in manu aliquoties, & alias res similes magnæ admirationis: propter quod habeo dictum Ordinem in magna veneratione: quia longo tempore conuersata sum cum illis, & video illorum vitam conformem ei, quod Dominus de ipsis mihi monstrauit. Porro per hos Religiosos, & per hunc Ordinem S. M. Teresiam intellexisse non alium, quàm Societatem IESV, testatur eius Confessarius P. Franciscus Ribera ob libros editos toti Orbi notissimus, in ea quam scripsit S. Teresia *vita*, in qua etiam asserit lib. 4. cap. 3. Sanctam Matrem in sua manu scripta Originali *vita* expressisse hoc loco nomen Societatis IESV, & ore tenus idem narrasse. Quod etiam Sanctius de Auila Episcopus Seguntinus eiusdem sanctæ Teresie Confessarius, confirmauit.

Socios in Cælo vexillis albis ornatos vidit.

Et in Eodem Cap. 38. & pag. 421. *vita sua eadem Sancta* sic scribit. Cum essem in quodam Templo cuiusdam Collegij Societatis IESV cum illis magnis afflictionibus, quas sensi in animo & corpore, audiendo Missam quam quidam Pater dicebat pro vno Fratris Societatis mortuo, vidi illum ire ad Cælum cum multa gloria, & ex par-

Et IESVM cuiusdam è nostris vna sancto obuiam eantem.

ticulari fauore cum comitari Maiestatem Domini nostri.

Ac pretiosam vestem nostrorum capitibus impositam dum communicant.

Et Cap. 39. pag. 447. in fine Capituli ait: Cum essem in quodam Templo cuiusdam Collegij Societatis IESV, & communicarent Fratres illius domus, vidi pretiosam vestem (seu umbellam Italicè pallio) supra caput illorum, hoc vidi bis: sed quando aliæ personæ communicabant, hoc non videbam.

Et Societatem magnos fructus ultimis temporibus facientem.

Et cap. 40. pag. 455. vitæ suæ sic loquitur de eadem Societate, teste Ribera lib. 4. cap. 5. eius vitæ: Manens (inquit) quadam vice in oratione cum magna recollectione, suauitate, & quiete videbar esse circumdata ab Angelis, & valde vicina Deo: cœpi orare summam Maiestatem pro Ecclesia. Fuit mihi indicatus magnus profectus, quem debebat facere quædam Religio temporibus ultimis, & fortitudo, cum qua debebat sustentare fidem, &c. Verum cum hereret sibi stupore defixa

Et sua fortitudine fidem sustentantem.

Teresia Sanctissima, inde magnis letitijs incederet ex uehementi quo in charissimum sibi istum Ordinem ferebatur affectu, ita exaggerantem apud se sua ostenta, audiuit aliquando Dominum IESVM dicentem sibi, si vero ipsa scires, quas hi futuris sæculis Ecclesiæ laboranti modò, suppetias sint laturi. Et hanc sibi, ait, visionem etiam sæpius oblatam. Et licet in illa Teresiæ vita, que typis edita circumfertur, suo hæc Familia sigillatim non indicetur nomine, in ipso tamen Autographo, & in omnibus calamo exaratis libris, illius nomen aperte proditum est, nempe Societatis.

Et quadraginta socios in Brasiliam euntes ab Hereticis pro fide necisos.

AB EADEM S. TERESIA plurimum honoratur Societas, commendaturque in multis alijs Reuelationibus, quas de Socijs habuit. Et imprimis S. Mater (teste Didaco Lepesio Archiepiscopo Turrissonensi in eius vita lib. 3. cap. 17. Deo reuelante sciuit mortem quadraginta Patrum, & Fratrum Societatis IESV euntium in Brasiliam ab Hereticis occisorum, statimque ac illos occiderunt, dixit Patri Barthasari Alvarez suo confessario, se eos vidisse cum Coronis Martyrum in cælo.

AB EADEM: *Quæ* (teste Fr. Elia à S. Teresa in legat. triumph. Eccles. lib. 2. cap. 31.) longe inde in Hispania existens animam P. Martini Gutierrez (in Gallia defuncti) in ipso mortis articulo vidit ouantem, & Martyrum laureolâ donatum, cælum recta conscendere.

Ac Marti-
nū Gutier-
rez Marty-
rj laurea
donatum
ad cælum
cōscendere.

AB EADEM: *Quæ* (vt scribit P. Ludouicus de Ponte in vita impressa P. Aluarez cap. 6. §. 2. p. 69.) audiens quadam die sacrum P. Balthazaris Aluarez è Societate IESV sui Confessarij, vidit eum toto tempore quo sacrum durauit habuisse in Capite diadema quoddam magni splendoris. Et rursus (vt idem auctor ibidem scribit cap. 11. §. 2. p. 124.) eadem Teresa Deo reuelante cognouit dictum P. Aluarez fore saluum: ostenditque illi Dominus noster præstantem quemdam locum in cælo, quem esset habiturus. Et adsecit, Quod ille tunc in terra esset adeo excelso perfectionis gradu constitutus, vt eo tempore nullus esset in altiori, & iuxta talem gradum reddendos illi gradus in cælo: & quod ipse P. Aluarez excederet in perfectione omnes tunc in terra existentes.

Et P. Al-
uarez
splendoris
diademe
coronatum.

Omnesque
tunc in ter-
ra degentes
perfectione
superah-
tem.

AB EADEM: *Quæ* (vt idem Ponte ibidem scribit cap. 58. §. 1. p. 607.) Cum multis annis post suam mortem apparuisset cuidam famule Dei S. Matri Teresie valde deuote, & probata virtutis, & fidei, volens ipsam in quadam afflictione magna solari, inter alia multa, hæc ei verba dedit. Et Ego sum Filia Societatis: habui in ea Confessarium, quem nunc in cælo & agnosco, & veneror. Quod intellexit de eodem P. Aluarez. Hucusque dicta, & per varios Auctores dispersa quasi in fasciculum collegit nouissime noster Nicolaus Lancicius Tom. 2. Opuscul. spiritual. 17. de Præstantia Instituti Sot. cap. 3. à num. 196. & à fol. mihi 566. Et etiam Opuscul. 18. de Gloria S. Ignatij cap. 19. à fol. 616. Quæ omnia protulit illa virorum Dux femina præclarior. Ille ductus è Carmelo Fons, & Origo defecatiſſime Sanctitatis. Quo nescio num illustrius dari de Societate testimonium possit. Ingentia sane sunt quæ hucusque dedit Teresa, in qua velut in speculo resplenduerunt ostenta tam illustria, tam inusitata de Cælo in charissima suæ Societatis encomia, quæ

Iterum se
Societatis
filiam fa-
tetur.

si à Matre tot extollitur laudibus, à filijs non minoribus honoratur.

Quantum
Deus in
Ignatij
anima de-
lectetur?
& Euang.
Ioan.

Cuius spi-
ritus totus
est amare,
& conducere
ad
amandum.

Hic spi-
ritus in eius
filijs re-
gnat.

Et in Car-
melitanis
Moniali-
bus.

Reditus So-
cietatis in
Gallia peti-
tur à B.
Magdalena
de Pazzis.

99. A B. MARIA MAGDALENA DE PAZZIS Carme-
litana de Observantia ab Urbano VIII. in Beatarum Virginum Ca-
talogum adscripta: Quae die 26. Decembris anni 1599. raptum passa
vesperi, videbat Deum complacere sibi, & delectari adeo in anima
S. Ioannis Euangelistae, ut quodammodo non viderentur esse alij
sancti in calo: & simili modo videbat Deum delectari in anima B.

P. Ignatij Fundatoris Societatis IESV; unde dicebat, loquendo for-
titer: Spiritus Ioannis, & ille Ignatij est idem, quia totus est
amare, & conducere ad amandum. Et intelligebat Deum ideo
delectari, & complacere sibi adeo in his duobus Sanctis, quia illorum
scopus, & finis fuit amor, & charitas, & per viam amoris, & in
charitate trahebant creaturas ad Deum. Et postea dixit haec verba.

Maximè felix spiritus, qui regnat hodie in terra est ille Igna-
tij, quia eius filij in conducendis animabus ad Deum, procura-
rant principaliter dare notitiam, quantopere sit gratum ipsi
Deo, & quantum intersit attendere operibus internis, & tra-
ctare interius cum Deo, quia hoc exercitium facit amplecti
cum facilitate res arduas & difficiles propter lumen, quod
recipit anima, ex quo nascitur amor, qui conuertit in dulce-
dinem omnem amaritudinem: Videbat haec benedicta anima
quod toties, quoties filij B. Patris Ignatij tractabant in terra cum
animabus tali modo, toties in Calo renouabant Deo complacentiam,
& delectationem, quam percipiebat in anima Beati Patris. (Dixit
etiam manendo quoque in raptu) Bene potest lætari, & gaudere
noster Pellicanus (id est Mater Priorissa) quia conducta est ad
illud tempus, quod tantopere desiderabatur, videndi pullu-
lare in Religione nostra primitias spiritus Ignatij. Sic refertur
apud Nicol. Lancicium cit. Tom. 2. Opuscul. spirit. Opusc. 17. de Pra-
stantia Instituti Societatis cap. 1. n. 169.

AB EADEM: Quam cum Principissa Maria Christianissimo
Regi Galliae Henrico 4. desponsata visitasset anno 1600. Suasque
necessitates eius precibus commendasset; nominatim autem desiderium
prolis

prolis masculæ, promisit illa, se id peturam à Deo, dummodo tria ipsamet ad regium thronum euecta præstaret. Primo, ut procuraret apud Maiestatem regiam reuocari in Galliam Patres Societatis IESV, dicens illi, Hoc esse vnum ex magnis obsequijs, quæ illa posset præstare Deo in beneficium illius Regni. Secundo, ut procuraret extirpationem hæresum. Tertio, ut esset amatrix pauperum. Sic ibidem cap. 4. num. 217.

Tanquam
vnum ex
magnis ob-
sequijs in
illius Regni
beneficium.

91. A VALERIO XIMENEZ DE EMBVN Sacra Theologia Professore in Cæsaraugustano Conuentu Carmelitano, qui nec distis multo longius ab his duabus Heroinis, fortius etiam atque vehementius augustum suum prodidit de Societate iudicium. Voluit (inquit ille) Dominus Cæli & terræ ditare, & illustrare nobilem Societatem IESV, Columnam Ecclesiæ firmissimam, Murumque fortissimum, & inexpugnabilem contra Hæreticos, ex qua vna tot prodierunt, prodeuntque quotidie doctrina & virtute duces robustissimi, quot ex alijs omnibus simul iunctis Ordinibus Clericalibus. Hæc ille: non Ego, non Ignatius Parens Societatem omnium Minimam passim ingeminans: benevolentia igitur hic error, & excessus amoris est, vasto natus animo, & verbis expressus ingentibus. Ita in Imag. 1. sec. Societ. lib. 5. cap. 11. fol. 678.

Societas
Columna
Ecclesiæ
firmissima:
ac Murus
fortissimus,
& inexpugnabilis
contra hæreticos.

Ex qua,
virtute, &
doctrina
robustissimi
duces pro-
diere.

92. * A CHRISTOPHORO AVENDAÑO Scriptore atque Prædicatore admodum celebri, in sermone de Canonizat. SS. Ignat. & Xauer. discurs. 3. à fol. 84. col. 2. ubi ille sequens de Societate testimonium vere aureum latine redditum edidit. Hæc (inquit) Sacra Religio per actum intellectus semper cum populo Christiano præcincta est, illum scilicet instruendo, iam sua prædicatione, iam Magisterijs, iam priuatis scriptis, iam voluminibus illustrissimis: insuper est per actum voluntatis cum eodem populo præcincta, illum scilicet feruore suo inflammando, &c. Et postea supponens Societatem à Clemente VIII. Brachium Ecclesiæ Dextrum appellatam, ait: Notandum maximè quod quando ictus aliquis capiti imminet, statim

Eius munia in populi Christiani utilitatem.

*Hæresis
ictus Eccle-
sia Capiti
imminentes,
Societas vt
eius Bra-
chium
auertit.*

*In Germa-
nia cum
Canisio:*

*In Gallia
cum Bel-
larmino:*

*In Anglia
cum Sua-
rio.*

*Sicut alias
Religiones
contra va-
rias hære-
ses Deus
excitauit.*

*Sic contra
Caluinum,
& Lutherū
Societa-
tem.*

*Cuius filij
Ecclesie
validi Re-
miges.*

*Et Papæ
mancipia.*

Brachium naturaliter eleuatur, erigitur ad illum auertendum. Et quidem nullum ictum hæresis fecit in Ecclesie Caput ab Ignatianis temporibus, quem Societas vti Brachium Dextrum Ecclesie non auerterit. Lutherus Pontificis auctoritati minuitur ex Germania, Calvinus vocans Papam Antichristum ex Gallia, Henricus VIII. ex Anglia, negans illi obedientiam, si neget Matrimonij dispensationem, vbique autem Societas vti Brachium Dextrum Ecclesie, illius Caput defendit, ictus in illud iactos porrecto Brachio eludit vbique, in Germania cum suo Canisio, in Gallia cum suo Bellarmino, in Anglia cum Suario suo, &c. *Et infra addit:* Contra persecutiones validas hæresum, quas habuit Ecclesia, magnos Sanctos, ac Religiosas Familias in eius defensionem Deus excitauit. Igitur contra Massilienses S. Benedictum cum sua Familia vocauit, contra Abailardum S. Basilium cum sua, contra Albigenses S. Dominicum cum illustri suo Prædicatorum Ordine, contra Sacramentarios S. Franciscum, ac zelatores filios; contra Donatistas magnum Augustinum, & suos; contra Nestorium Carmeli Religionem: at vero aduersus maiorem, & vrgentiorum persecutionem (qualis Lutheri futura erat) Ignatium, & Religionem suam reseruauit: quam cælum miraculosè Ecclesie dedit vti Brachium eiusdem Dextrum ad Hæresum ictus Lutheri, atque Caluini auertendos, &c. *Et postea fol. 85. col. 1. Gregorius XIII. (inquit) validos Ecclesie Remiges socios vocat, & non sine diuini Numinis prouidentia: remiges enim sunt triremis serui, & ad laborem sine libertate destinati; quod cernitur in Societatis Professis, qui per quartum votum tribus consuetis superadditum, obstricti manent seruorum instar ad obediendum summo Pontifici, laborandumque in Ecclesie Naui; vnde per irrisionem Hæretici, Papæ mancipium Societatem vocant: & hæc est maxima illius gloria. Quod si remiges sunt, qui plures victorias consequuntur valenter remigando: proh! quot victorias Societatis Patres in Iaponia, Magno Mogori, in tota India, Sinis,*

Sinis, & alibi reportarunt! quot animos in his partibus Deo lucrata est! quot caelo Martyres filios dedit sacrata hæc Religio! *Et tandem eod. fol. 85. col. 4.* Præ cæteris autem (*concludit*) maior Societatis excellentia est, qua super omnes eminent Religiones, quartum eius votum, quo se Deo in holocaustum offert ad suum proximum redimendum, si Pontifici placuerit, etiam cum propriæ vitæ periculo. Huic voto divinæ misericordiæ, cælestes fauores, insignes Magistri, quos habuit, & habet Societas, præclara volumina, Sacramentorum frequentia, Regum ac Principum amor, & quod magis mirandum, barbarorum Principum fauor plane debetur. *Ita ille.*

Quot virtutes Ecclesiæ ubique pepererint

In holocaustum ad proximos redimendos Pontifici ex voto se offerunt.

93. * AB ALFONSO BOHORQVES *Inquisitionis Hispaniensis Consultore, Ordinisque Definitore in sermone de Canonizatione S. Ignatii fol. 1. col. 1.* Adeo (*inquit*) docti sunt huius sacræ Religionis Religiosi, ut in Domo sapientiæ, Mineruaque scientiarum mihi esse videar, tantaque sanctitate conspicui sunt, ut filij ipsiusmet sanctitatis videantur. Dixi, me in domo esse sapientiæ, quia plus in eius scriptis, quàm in magnis Bibliothecis inuenio; vniuersalem scilicet totius Theologiæ Scholasticæ, & positivæ notitiam, verborum grauitatem ad ponderandâ fidei mysteria, miram dulcedinem ac suauitatem in rebus spiritualibus scribendis, cælique fulmen contra Hæreticos: item litterarum humanarum notitiam quandam habet incomparabilem, Historiarum memoriam penè infinitam, summam in suis allegationibus fidelitatem, in rationibus supra Platonem subtilitatem, eloquentiam Tullio parem, suauitatem ad respondendum aduersarijs cerâ molliorem, quæ est veluti quinta essentia, ac vltima linea prudentiæ, humanæque sapientiæ. Dixi Societatis Viros, ipsiusmet sanctitatis filios videri, quia cum eorum modestiam, exterioremque compositionem contemplor, in illis spiritus sancti gratia cum suis donis ac fructibus videtur commorari. Testes huius veritatis sunt fidelitas, ac veritas, quibus in hac

Societas sapientiæ Doms.

Scientiarum Minerua.

In suis scriptis mira dulcedo, suauitas, ac cæli fulmina contra Hæreticos.

Societatis viri, sanctitatis filij.

sacræ

facra Religione Sacramenta administrantur. Testes sunt Puritas suarum Virginum, perseverantia suorum confessorum, patientia suorum Martyrum, zelus suorum Prædicatorum, sana ac sancta suorum Magistrorum atque Doctorum doctrina, &c. *Et post plures paginas addit fol. 10. col. 1.* Lustrentur (inquit) huius Religionis cubicula, & in eis summa videbitur Paupertas, etsi eorum plurimi sint, qui non solum Episcopali, ac Cardinalitia dignitate verum & suprema digni censeantur, &c. *Ac tandem concludit:* Ignatio Romam eunti apparens Christus Dominus dixit: Ego vobis Romæ propitius ero: & ni fallor hæc causa est, cur cum omnes aliæ Religionēs Cardinalem habeant Protectorem, sola Societas Protectorem non habet Cardinalem, quia Christus Dominus se illius Protectorem esse promisit. *Ita ille.*

Cardinalem Protectorem non habet, quia eius Protector IESVS.

Etsi alijs Religionibus tempore posteriori, non virtute, litteris, & prædicatione.

Est Christi Domini Benjamin.

Quam peperit Ecclesia Lutherana hæresis pressa doloribus.

Gen. 1. 26

Sicut homo omnium creaturarum postremus earum est Microcōsmus,

94. * A PETRO CORNEJO *Cathedratico Durandi Doctore Salmantino doctissimo in sermone de Beatificat. S. Ignatii, qui habetur in libro festorum Salmaticens. de eadem Beatificat. fol. 134. col. 2.* Gloriosus Ignatius (inquit ille) etsi nouissimus Fundator extiterit, ipse tamen, nec sacra eius Religio postremum locum obtinet in virtute, litteris, Prædicatione Evangelica, orbisque existimatione: imo potuit contingere, in executione Societatem ultimam fuisse Religionem, in intentione vero diuina Primam ob ingentes fructus à se producendos. Ex duodecim precipuis Ecclesiæ Religionibus quatuor Monachalibus, quatuor Mendicantibus, Militaribus totidem, verum est Societatem postremam prodiisse, illa tamen est Benjamin Christi Domini atque adeo doloris filia, quam Ecclesia Mater eius, ingentibus pressa doloribus Lutheranae Hæresis peperit, &c. *Et postea fol. 135. col. 1.* Homo (inquit) in prima mundi molitione etli postremus à Deo formatus, tamen præ cæteris creaturis ab eo dilectus, ad imaginem suam factus, cui tandem & naturam suam diuinam dedit, & nomen: Homo enim verè dicitur Deus, postquam Deus factus est Homo. Non aliter Mundi spiritualis noua creatione, etli in Religionibus ultimam

mam Christus Dominus Societatem fundavit, ad imaginem vero suam creavit illam, in Paupertate scilicet voluntaria, in proximorum amore, in vitæ perfectione, & vel in ipso IESU Nomine: & sicut Homini ultimo licet creaturarum, earum omnium perfectiones Deus impertitus, nempe intelligere Angeli, sentire brutorum, vegetari plantarum, ac esse elementorum, quibus homo Microcosmus effectus: ita sane Christus in hanc ultimam suam Societatem perfectiori modo quam in præcedentes Religiones, omnes congeffit, vitam contemplativam Monachalium, clausuram & silentium Carthusianorum, amorem proximi Mendicantium, ac tandem bellum interruptum cum inimicis fidei Hæreticis ac Gentilibus, Militarium: & hæc omnia gradu adeò heroico, atque eminenti, ut hæc sacra Religio non nisi quædam Quinta essentia (ut vulgo dicitur) cæterarum Religionum divini amoris igne elicitæ & stillatæ, & breviarium earum omnium esse videatur, &c. Et fol. 136. col. 2. Nec exaggerate loquar (inquit) si huic sacre Religioni tanquam instrumento præcipuo gloriam postremi ac præcipui triumphi de Luthero, ac sequacibus reportandi, attribuiam: quod videtur prædixisse Evangelista Ioannes. Is in libro, quem scribit de rebus, quas in Ecclesia eventuras à Deo acceperat, vidisse se ait stellam de cælo cadentem, cum quintus Angelus Tuba cecinit. Sanctus vero Thomas quatuor Angelis quatuor Prædicatorum Ordines Mendicantes, qui sua ætate florebant designatos asserit: de Quinto autem sic interpretatur, verius dicam, vaticinatur. Prædicatorum, ait, Ordinem excitatum iri, cum alia fuerit Hæresis exorta. Prædictio eventu comprobata. Orta quidem est Hæresis ista, cum stella de cælo cecidit, hoc est cum Lutherus ab Ecclesia defecit. Quintusque hic Angelus Ignatius est Fundator quintæ Religionis Prædicatorum Mendicantium: sic eam Pius V. appellat. Qui sacer Ordo officium ac ministerium huius Angeli adimplet doctrina Catholica, quam docet iam cathedris, iam suggestis, iam libris, iam confes-

*Sic omnia
Religionum
Societas.*

*Qua eam
est quinta
essentia
divini a-
moris igne
stillata.*

*Est Instru-
mentum
præcipuum
postremi
triumphi de
Luthero re-
portandi.*

Apoc. 9. x.

*Quod por-
tendit stel-
la illa de
cælo cadens
ad sonitum
tuba quinti
Angeli.*

*Per quem
Ignatius &
Societas
figurantur.*

Eorum de
Infidelibus,
& Hæreti-
cis trium-
phus.
1. Reg. 17
50.

Societas
plus ceteris
laboravit.
1. Cor. 15.
10.

Docendo,
prædican-
do, excu-
sionibus, &
libris.

Suorum
scriptorum
calami,
lucernæ in
manibus
accensæ.
Luc. 12.
35.

Quatuor
Ezechielis
animalia,
quatuor So-
cietatis
status adū-
brant.

Illam fidem
in Gallia,
Hæreticis
frementi-
bus susten-
ant.

fionalibus, iam vitæ exemplo, effusoque suorum Martyrum sanguine, &c. Et postea fol. 139. col. 1. postquam Ignatio P. N. sanctissimo illud Isaïæ applicuit, Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam, subiungit. Cuius diuini Minimi Religio reliquas omnes fructibus tam breui tempore reportatis videtur excedere. ô quot Gigantes paruulus iste Dauid, Ignatius scilicet lapidibus è funda doctrina suorum iactis exturbauit! quot Gentilium ac Hæreticorum exercitus superauit, &c. Et post multa. Quatuor (inquit) in rebus affirmare possumus, Ignatium per filios in prædicatione Euangelica plus cæteris laborasse. Primò ad remotissimas Gentilium, Indorum, ac barbarorum nationes penetrauit, quo nec fidei Euangelicæ vestigium vsquam peruenerat. 2. Ministeria prædicandi docendique sine vllis stipendijs, exercet. 3. Nullus Ordo tot in locis prædicauit. 4. Neque tot libros scripsisse Religiones omnes ab exordio Societatis, quot ea sola scripsit; volens non solum præsens verbis, sed absens scriptis Mundum instruere: cui tot scriptorum calami, lucernæ sunt, quæ in suis manibus accensæ animas in Ecclesia Dei vsque ad sponsi aduentum illuminent, &c. Et fol. 145. col. 2. tandem concludit. Quatuor illis mysticis Ezechielis animantibus curram illum diuinitatis, tot mysterijs, quot ornamentis instructum portantibus, quatuor Societatis status comparo. Leoni Professos, qui præcipuæ ac nobiliores partes Societatis sunt. Aquilæ Scholares ob ingeniorum acumen. Homini spirituales Coadiutores ac Confessarij ob mansuetudinem, & humilitatem, qua cum peccatoribus conuerfantur: Boui Coadiutores Temporales ob humilitatem qua in domesticis officijs laborant. Sic ille.

95. * A MARCO DE GVADALAJARA, Miris encomijs per totam suam Pontificalem Historiam commendante Societatem, ab hostiumque calumnijs passim defensante: & imprimis Par. 4. lib. 3. cap. 12. Eam (ait) sustentare veram in Gallia fidem sermonibus, lectionibus, disputationibus, consilijs, priuatique collo-

colloquijs, frementibus in ipsam Hæreticis, &c. Et postea subdit: Eorumdem astutijs expulsam à Gallicano Regno Societatem, vbi pulcherrima excolebat fruteta in Catholicæ Religionis augmentum, & Hæreticorum confusionem. Quorum industria Parisijs Pyramis erecta marmorea ingenti præfixo titulo, eximio opere, sed pleno in Societatem calumnijs, &c. At cognita veritate (inquit in eadem 4. Par. lib. 12. cap. 3.) ac sociorum innocentia, benignitas Regis Henrici hoc nomine quarti, Ecclesiæ iam vniti, totum monumentum funditus voluit aboleri, nè qua palam extaret memoria decreti contra Societatem facti. Destructa igitur Pyramis est insigni Hæreticorum dolore, quorum in Iesuitas machinæ omnes, atque conatus cum hac Pyramide ruebant. Vicit ergo omnia improborum odia, abundeque pensauit Regis beneuolentia. Vetera restituisse domicilia parum erat: noua addidit, fundauitque præcipuis in vrbibus; Flexiæ imprimis altatrice sua in domo, quam in Collegium Societatis conuertit. Fontem tandem amoris Cor suum testamento legauit, & Flexiano in Templo Iesuitico sepeliri voluit. Vnde maiora ab exilio Societatis incrementa, laus maior, & gloria. Et Par. 5. eiusdem Historiæ Pontificalis lib. 16. cap. 11. referens omnium Religionum Scriptores admodum insignes sic describit. In Carmelitana Religione 45. florere: in Dominicana 87. in Augustiniana 68. in Seraphica ingens numerus, in Mercenaria 36. & sic de alijs. De Societate autem IESV (concludit) dicam quod Euangelista Ioannes in sua Apocalipsi: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Hæc siquidem Religio est, quæ suis scriptis, ac doctrina ditauit Ecclesiam. Hucusque ille, & plura abibi per dictam Pontificalem Societatis encomia dispersa habet, quæ etiam nemo dinumerabit.

96. * A DIDACO DE BENAVIDES Optimo Sacrarum literarum Interprete in Vniuersitate Salmanticensi: qui postquam Societatem, Illustrissimam, Religiosissimam, & doctissimam nominauit, Eandem ait, sua sapientia erroris inimicam; sua

Quorum
astutijs
expulsa.

Et Henrici
IV. bene-
uolentia
iterum re-
stituta.

Qui Cor
suum illi
testamento
legauit.

Societatis
scriptores
innumeri.
Apoc. 7. 9

Quorum
doctrina
ditauit
Ecclesiam.

Est Illu-
strissima &
doctissima
Religio.

Sua sapiē-
tia erroris
inimica: &
sanctitate
malitia
opposita.

Scriptorum
suorum ca-
lamis, &
Martyrum
sanguine
gloriosa
meretur
elogia.

Laudatur
ex omnium
scientia-
rum gene-
re.

Et Virtute,
quam eius
filij illis
cum quibus
agunt, in-
fundunt.

Ij Pallio,
vt Reges
coronantur
in terra.

sanctitate, malitiæ oppositam: idque satisfactione tanta, tum suorum scriptorum calamis, tum Martyrum sanguine, vt gloriosa mereatur elogia; non alia epiteta, non alia attributa obsequijs à se Ecclesiæ factis, contraria. *Et tandem addit.* Ir-ritatam Societatem iras modeste refringere. *Sic illem Approb. Informat. P. Fran. de Contreras, qua probat non posse Episcopum sine Bullis presentibus consecrari.*

97. * AB ANTONIO TAVARES Lusitano in ser. de Ca-
noniz. S. Ign. & Xauer. fol. 1. Secundum (inquit) quod in hac Societatis Repub. considerare debemus Personæ sunt, quæ in ea procreantur. Quis non miretur in Prædicatoribus e-
minentiam? in Theologis perspicaciam? in Sacræ Scripturæ explanatoribus securitatem? in Metaphysicis acutiam? in Philosophis studiositatem? in Logicis subtilitatem! in Lati-
nis Ciceronianum nitorem? in Græcis notitiam? in Retho-
ribus eloquentiam? in Hæbreis peritiam? in Confessarijs ex-
perientiam? in Ianitoribus affabilitatem? in Aedituis vel in minimis rebus munditiem? in infirmarijs charitatem? in Prælati-
bus prudentiam? Quid si de virtute loquamur; hæc ab omnibus satis nota: cur tempus infumamus in ea laudanda, quæ à nemine ignoratur. Id solum aio, Societatis IESV Pa-
tres virtutem veluti infundere illis, cum quibus communi-
cant. *Sic ille ex Lusitano Latine redditum testimonium protu-
lit.*

98. * AB HIERO. à S. IOSEPHO: *Qui in Historia sua Dis-
calceati Carmeli lib. 5. cap. 5. fol. 793. expendens visionem illam,
qua bis B. Theresia pallium supra Capita Nostrorum sumentium
Eucharistiam viderat, sic ait: Miraculosa, & singularis de-
monstratio innuit, quam gratæ illæ benedictæ animæ Deo
essent, qui pallio, quod insigne Regum est, eas vt Reges co-
ronabat. Et postea Ibid. num. 10. expendens celebrem illam de
Vexillis albis visionem, quibus Nostros in Cælo eadem Theresia vi-
derat, subiungit: Hæc reuelatio tam magifica, & honorifica
est, vt vel ea sola vnum ex præcipuis testimonijs, ac elogijs
magni-*

magnitudinis, & perfectionis huius sanctæ Religionis esse possit. Enimuero candida in manibus vexilla purissimæ victoriæ triumphum significant; siue quia dealbauerunt stollas suas in sanguine agni, effundentes in fidei defensionem suum sanguinem tot insignes huius Religionis filij: siue ob immaculatam suæ Castitatis mundiciem. Sic ille ibi, & passim alibi Sociorum laudes inculcat.

Et ob nitentiam puritatem vexillis candidis in calo triumphant.

99. A CAPITULO GENERALI Excalceati Carmeli sub Francisco à Sanctissimo Sacramento Romæ celebrato, plurimum quarimonie, quod è vita D. Theresie quedam ad Societatem spectantia fuissent abolita, sic satis faciente: Accepimus scripta S. Matris Nostræ Theresiæ edita esse truncata quoad illa omnia, quæ spectant ad Societatem IESV, ita vt & in manu-scriptis plerisque, & in plerisque exemplaribus pridem editis, & in ipsomet S. Matris contextu Originali omnia illa, quæ notantur in Libro, cui Titulus Gloria S. Ignatij, exarata inueniantur, tamen in ea editione, de qua dictum est, omnia fuerint erasa: hanc infidelitatem editionis non tam Societati IESV, quam S. Matri iniuriosam omnino improbamus, & à nobis non esse profectam contestamur. Quin imo, si quis ex Ordine nostro deprehenderetur tale quid admisisse, aut fieri curasse, impunitum non debere esse decernimus: ipsam quoque editionem truncatam in usu nostrorum esse prohibemus. Propositionem hanc Capitulo Generali nostro propositam, & per acclamationem omnium approbatam testamur, die 16. Maij, anno lubilæi 1650. In hoc nostro Conuentu S. Mariæ de Victoria Almæ Urbis. Fr. Franciscus à Sanctissimo Sacramento Generalis, Fr. Ioachimus à IESV Mariæ Capituli Generalis Secretarius.

Decretum Capituli General. Carmel. in Societatis fauorē super scripta B. Theresiæ

100. A IOAN. BAPT. DE LEZANA Sacre Theologie apud Complutenses Lectore in Libro suo Apologetico pro Immaculata Mariæ Conceptione cap. 2. fol. mibi 9. Vbi enumerans ille Religiones pro tanti mysterij veritate militantes hæc de Societate scribit. Sed quis non expectabit, vt dum instituti nostri commilitones annu-

illa vniuerso Orbis celeberrima, colendissima, ac splendissima Religio.

*Militans
strenuissi-
me pro im-
maculata
Virg. con-
ceptione.*

*Quadra-
ginta &
amplius
filiorum
calamis.*

*Insignem
noui Orbis
conuersioni
operam
nauarat.*

*Illam san-
ctissimam, &
inclita no-
minatur.*

*Contra vi-
tia, verita-
tem palam
proficitur.*

*Fructusque
insignes
edidit in
Ecclesia
Dei.*

mero Vniuerso mundo celeberrimæ & colendissimæ Iesuiticę Societatis huius partis fautores Theologos recenseam. Tota enim hæc Familia iuxta sui Ordinis Decretum à Congregat. 5. Generali Can. 55. vbi præcipitur quod sequantur sententiam, quæ magis hoc tempore communis est, magisque recepta, huic parti adhæret. De hac igitur vnica splendidissimaque Religione, speciale hoc affirmare quibimus, nullum scilicet ex illa prodijisse qui (quod sciam) Immaculæ Conceptionis Mariæ aduersarius extiterit. Quin (quod in magnum illius decus cedit) quadraginta, & amplius celeberrimos Theologos recensere possem, qui pro illa strenuissime militarunt, &c. *Omnisque suis nominibus recenset.*

IOI. A NICOLAO A IESV MARIA *Discalceato Polono in Apologia, siue Propugnaculo Religionum Proposit. 59. fol. mibi 119.* Atque hæc (*inquit*) quam sunt gloriosa, & honorifica Religiosis, nihil tamen præclarior, aut gloriosius, quam noui orbis conuersio, quæ opera Religiosorum choro incumbendum inchoata est, & eorum adhuc opera propagatur. Quamuis etiam Societas IESV à choro auctoritate Apostolica exempta, insignem huic rei operam nauarit, & nauet, &c. *Et postea Proposit. 84. fol. 195. Societatem, sanctissimam, & inclitam appellat. Et rursus Proposit. 86. excludens inanem timorem cuiusdam Theologi asserentis Predicatores ex eleemosynis viuentes, veritatem dicere non audere, & vitia libere corrigere, hæc in contrarium subiungit fol. 204. col. 2. Nunquid etiam (vt omittam alios Ordines) Religiosi Ordinis Minorum, & Societatis IESV Professi solemniter, non audent veritatem palam profiteri; aut timent benefactores offendere, corrigendo eorum vitia, etiamsi paupertatem in communi profiteantur? Oppositum certe monstrant fructus insignes editi in Ecclesiam Dei ab istis Religionibus, quos longum esset recensere.*

IO2. * A PETRO DE ANGELIS, *etiam Discalceato Priore Conuentus D. Hermenegildi Matritensis in Censura Tomi 1. Monitorum spiritualium D. Teresæ, commentatore P. Alfonso de Andrade*

Andrade nostræ Societatis, vbi hæc habet. Non sine consilio, sed
 supremi Numinis prouidentia factum arbitror, vt Parentis
 nostræ scripta ad clarissimi Patriarchæ Ignatij filios accurrant,
 vt vbi primas auras ebibere, inde noui luminis incrementa
 mutuentur. Cum enim in primis spiritualis vitæ incunabu-
 lis à filijs huius magni Parentis Euangelicæ perfectionis nacta
 fuerit initia, par erat, vt ex eadem familia inauratum cande-
 labrum foret, ex quo eius scripta nouis decorata fulgoribus
 Orbi vniuerso, fulgentes, qui in ipsis latebant radij propala-
 rentur. Iacobum filium ad Labam mittebat Rebeca, fuge ad
 Labam fratrem meum Gen. 27. vt vbi enutritus, nominis, ac
 diuitiarum incremento ditatus, maiori gloria eluceret, nulli-
 bi enim sibi in animum induxerat prudens mater charissimo
 filio certiore magnitudinis, ac gloriæ cumulum posse ac-
 crescere, quam, vbi ipsa fuerat nata, & enutrita, vt inquit
 Caietanus. Beatissima igitur Teresia felicem hunc suæ men-
 tis partum noua lumina ambientem ad Ignatianam familiam
 Rebecæ imitatrix solertiæ immittit è cælo, vt vbi ipsa nacta
 est Euangelicæ perfectionis cunas, superiorisque alimenta
 vitæ recepit, caro factui illustrius splendoris iubar affulgeat,
 magnitudinisque ditescat incremento: nec feliciter minus
 Teresiæ, quam Rebecæ suæ curæ cefferunt; si enim Iacobo
 itineris lassitudinem leni somno subleuanti, scala visa, cuius
 cacumini innitebatur Deus, ac cuius sublimes gradus, qua
 sursum, deorsumque Angeli peragrabant, haud aliter no-
 uello huic Teresiæ germini contigit: etenim cum obliuionis
 somno credebatur oppressus, supremi Numinis prouidentia
 Angelum ei destinat ex ijs vnum, qui Ecclesiæ scalam per-
 ambulat, tali enim titulo Ignatij Patriarchæ filios par est
 insigniri; nam si Angeli eo nomine decorantur, teste Caieta-
 no, quia Nuncij Dei sunt, quis diligentius, attentiusue
 hocce munus in militantis Ecclesiæ Cælo exequitur, quam
 Illustrissimæ huius familiæ filij? Illi orbem vniuersum qua-
 quauersum lustrantes, idololatriæ lumina subministrant, illi
 fideles,

*B. Teresia
 spiritualis
 vitæ rudi-
 menta So-
 cietati de-
 bet.*

Gen. 27.
 43.

*Et suorum
 Commen-
 tatorum
 noua lu-
 mina.*

*Societatis
 filij Angeli
 Ecclesiæ
 Scalam
 perambu-
 lantes.*

*Eorum va-
 ria munia
 in animarū
 utilitatem.*

fideles, ne qua exorbitent cæli viam edocent, innumerisque per varias terrarum partes sparsi veritatis calles ostendunt, incessanterque Euangelij semina vel per Orbis extremos angulos spargunt. *Hæc edidit Petrus ab Angelis; & quid aliud Angelus loqueretur, nisi Societatis filios nobili Angelorum titulo decoraret?*

Ignatius Sol sanctissime Societatis institutor.

103. AB HELIA A S. THERESIA *Etiam Discalceato Tom. I. de legatione Ecclesie triumphantis ad militantem lib. 2. cap. 31. num. 14.* Ab Aurora, *inquit*, deueniamus ad Solem, videlicet

Ignatium de Loyola sanctissimæ Societatis institutorem, & fundatorem: Deus bone, quas non difficultates & impedimenta obiecit Satanas diuinissimo huic Viro, dum Societatem ab eo condendam præsentisceret, cuius alumni tam strenuè, tam viriliter, tam animosè contra suos emissarios hæreticos, essent decertaturi. Sed inuictus, & à spiritu sancto

Ea condita frendente diabolo, insanientibus hæreticis.

interius confortatus S. Ignatij animus, omnes illas difficultates, & remoras veluti leuissimas quisquilias illæso pede conculcauit, prostrauit, superauit. Condita est Societas, nequidquam frendente Diabolo, frustra insanientibus hæreticis, in cassum obluçantibus pseudochristianis. Hæc nimirum

Petra est, in qua Hæretici impingunt. Luc. 12. 49.

est, vt quodammodo illud ex sacra Scriptura huc applicare liceat; illa offensionis petra, in quam hæretici impingentes, alliduntur, confringuntur, comminuuntur: hic est ille Ignis quem Deus è cælo mittere, & in mundo accendere volebat

Et ignis, in quo cremantur.

per D. Ignatium, veluti quoddam ignitabulum, excitatus, qui amburit Hæreticos: hinc tot istorum clamores, tot in Societatem vociferationes, conuitia & calumniæ, quia scilicet ab hoc igne vrgentur, haud secus quam olim nescio quis impius Apollinis Sacerdos, qui Paulinum iudicem in S. Vitalem Martyrem incenderat, inclamare cœpit, Tu me nimium Vitalis Martyr incendis. Reuera de duobus hisce Sanctis Ignatio nimirum & Xauerio intelligere possumus illud Genesis 1. Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti.

Ignatius luminare maius diei, Christiani Orbis præfidens. Gen. 1. 16

De

De reliquis eiusdem Societatis viris illustribus illud, & stellas.
 Luminare maius mysticum est S. Ignatius, qui diei, id est *stella filij*
 Christiano Orbi, & iam ad Catholicam fidem conuerso præ-
 fuit, hoc est in ipsa Ecclesia Romana radios suos extulit. Lu-
 minare vero mysticum minus est Xauerius: & sane cur hoc *Xauerius*
 dicam, mihi sunt rationes. Veluti enim Sol à Deo lumen *luminare*
 sibi inditum habet, ita S. Ignatius à Deo ipso immediatè il- *minus nocti*
 luminatur, & ad tantum in Ecclesia apicem, & fastigium su- *gentilitatis*
 blimatus fuit. Veluti item Luna à Deo quidem est creata, vt *assistens.*
 nocti præsit, eique lumen suum communicet, non id tamen
 habet immediatè è vi suæ creationis, sed à Sole illud accepit: *Is lucem*
 ita etiam Xauerius à Deo præordinatus est, vt gentibus in te- *ab Ignatio*
 nebris, & umbra mortis sedentibus, hoc Indis, & Iaponi- *Sole mu-*
 bus Christianæ, & Catholicæ fidei lumen participaret, non *tuatur.*
 tamen missionem suam immediatè à Deo habuit, sed me-
 diante magno illo Sole Sancto Ignatio. *Hæc ille. O Verum,*
& animatum Societatis Cælum! in quo Ignatius vt Sol rutilat:
Xauerius vt Luna splendet: ceteri filij vt Stellæ micant. De qui-
bus Stellis idem Auctor grauissimus à num. 14. citato vsque ad 77.
Et à fol. 181. pro ingenti suo erga Societatem amore, & plura nume-
ro, & sane grandia Elogia continet.

A MERCENARIIS.

104.* **A**B ALFONSO REMON Prædicatore, Ordinisque Hi- *Societas fi-*
 storographo Generali Laudatissimo: qui Tom. 2. Histor. *liorum do-*
ctissimorum
 General. eiusdem Ordinis lib. 14. cap. 3. asserit, Societatem Reli- *prudentif-*
 gionem esse in suis actionibus prudentissimam, & præstan- *sima Mater.*
 tissimam, nec non & Matrem filiorum doctissimorum in Ec- *Lux præ-*
 clesia Dei, his sæculis, vt eorum euulgant scripta. *stantissima*
inter cete-
ras Religio-
nes sancti-
tate, virtu-
te, literis,
&c.
 addit: Eandem Societatem esse lucem præstantissimam in- *tico,*
 ter cæteras Religiones sanctitate, virtute, literis, exem-
 plo, cathedris, suggestis, regimine spiritali, & poli-
 tico,

K k

tico , normaque viuendi Mendicante & Monastica.
Hec ille.

Bacchanalium reformationis.

105. * A GABRIELE TELLEZ, *Definitore, ac Generalis etiam Ordinis Historiographo in suo Thirso fol. 77. col. 1.* Bacchanalium (ait) dierum reformatio perspicaci in omnibus Religionis Iesuiticæ omnino debetur: illa hos dies tot ludis prophanatos, tot vitijs armatos, & pietati, & sermonibus, Iubilais, & cultui Sacramenti Sanctissimi dedicauit. Eius filij vi differtissimi reformatores, carnis effrænata licentiam Christi carne refrænauerunt: eorum diligentia non iam Bacchanalium, sed quasi Maioris Hebdomadæ hi dies antecinerales apparent, &c.

Christi carne, carnis licentiam refrænans.

Clarissima supra omnes sacras Congregationes.

Precincta scientiarum omnium toga.

Ardenti charitate omnibus se accommodat.

Orbis Scholæ, fidei ornamentum & Euangelij officina.

Vera Apostolorum successio, humeris Christi subsidiū dignissimū & schola Vniuersalis Ecclesiæ.

106. * A FRANCO BOIL *Regio Concionatore ac celeberrimo in sermone S. Fran. Xauerij, qui habetur in sua sacra Decima §. 1. fol. 129.* O clarissima (exclamat ille) supra omnes sacras Congregationes Religio sacra, ac insignis Societatis IESV, cuius ardens charitas facit, vt quamuis te præcingas scientiarum omnium insigni toga, vrgeat te tamen magis cum exutis supremi Magisterij tui ornamentis, induis iam Angli, iam Belgæ, iam Indorum personam, vt omnes Christo lucrificas. *Et §. 3. fol. 146. col. 2. iterum exclamat.* O Societas IESV Religio Sacratissima, Orbis Schola, fidei Ornamentum, Euangelij Officina maxima, vera Apostolorum successio, humeris Christi subsidiū dignissimū, filiorum tuorum multitudine stellas ipsas superante, & innumerorum Martyrum Coronis, quas omnes Xauerio debere se fatebuntur, nobilissima. *Hec ille. Et in Approbat. ad Discursum P. Andrade de Baptismo Deiparæ, Societatem vocat, Sacram & excellam, Scholamque Vniuersalem Ecclesiæ.*

107. A FRAN. HENRIQUEZ *Ordinis Presentato, scriptorūque in Vulgari idiomate non vulgari, qui per varias Excellencias, in Ignatij, & Societatis laudes mirum in modum, acute & eleganter excurrit, Tom. 2. de sanctis, oratione de S. Ignat. Excellent. 2. fol. 4. col. 1.* Societas (inquit) IESV, ideo forsan tam hono-

honorifica nomenclatura appellatur, quia Saluatoris Socia in opprobriorum, & Martyriorum tolerantia. *Et Excellent. 4. fol. 8. col. 1.* Societatem (ait) non terrestrem esse sed cælestem, & diuinam, & Filij Dei Societatem. Hanc (dicit col. 4.) & persecutionibus fundatam, & laboribus auctam, infidelium, fideliumque insectationibus creuisse, quibus vel antiquissimæ familiæ vestem induisse, *addit fol. 9. col. 2. Et col. 3. subdit:* Vel ab ipsis cunis nouit libros scribere Societas. Ignatius adhuc tyro cælestem illum Exercitiorum spiritualium librum à Summis Pontificibus toties approbatum, & commendatum: Salmeron eius Socius tot varia & erudita volumina in ipsamet Societatis infantia typis excuderunt: A suomet exordio steriles infidelium solitudines suorum Martyrum fœcundauit sanguine: Ipsemet Sanctissimus P. Ignatius adhuc in uis agens, 7. filios suos variè trucidatos pro fide Catholica numerauit. Ne ergo vocetis recentem Religionem, quæ obsequijs antiqua est, & quæ tam breui tempore tantum fructificauit scriptis, virtutibus & facinoribus ac si ad millia vsque sæcula durasset. Quæ alia Religio (ait col. 4.) quamuis præclarissima tam breui spatio tot fructus in omnium virtutum genere attulit? Hęc est Religio fertilis Martyrum, abundans confessoribus, Seminarium literarum, &c. Et quam mihi ostendes Religionem ita fertilem, quem nidum tam numerosa prole fetosum? *verbis utitur S. Chrysoft. Hom. de SS. Machab.* Quod si (prosequitur fol. 10 col. 2.) in Martyrum monte exordium habet hæc Ignatij Familia, si persecutionibus nascitur, uocare eam ore pleno, Martyrum Congregationem. *Et postea Excell. 7. fol. 16. col. 1.* Cum Mundus (inquit) uidit talis Societatis homines, Apostolos Dei nominauit: & sic eos Lusitania uocat. *Et quidem in Epistola ad Hebr. 1. noluit D. Paulus uocari Apostolus, quia iam ibi IESVM Apostoli nomine appellarat: Nec fuisset congruum (inquit Hieronym. ad Galat. 1.) ut ubi Christus dicendus erat Apostolus, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur.* Et hæc summa excellentiarum

Saluatoris socia in opprobriorum, & Martyriorum tolerantia.

Cælestis ac diuina persecutionibus fundata.

Aucta laboribus, libris, Martyribus.

Vix nata tantum fructificauit scriptis, & virtutibus ac si ad millia sæcula durasset.

Religio fertilis Martyrum, ac literarum seminariū.

Nidus numerosa prole fetosus.

Eius filij Dei Apostoli.

huius sacrae Religionis, quod virtute suorum professores tales sint, tam excellens suae doctrinae lux, ut Ignatij filijs, & Iesu Christi socijs commune sit Apostolorum Nomen. *Et rursus Excellent 9. fol. 2. col. 2.* Si in lucem edita Ignatij Familia & ad Haesum tenebris resistendum, & ad Haeticorum astutias, & machinas destruendas, quid mirum, quod Dei Filius IESV Nomine eam nobilitet, vocans eam Societatem suam, *Et fol. 21. col. 3.* Si Francisco (*ait verbis D. Antoninij vtens*) ostensa est Domus sibi per Visionem militaribus apparatus plena, in signum praesidij, quod eius filij Ecclesiae erant allaturi, id ipsum in Ignatij filijs iam, iusta cordium nostrorum laetitia cernimus. Hos igitur novos milites iam videmus in campo, lingua, & calamo velut gladio duplici defendere nos ab ijs, qui suis erroribus nos perdere, ac destruere tentant, &c. O quam bene (*addit col. 4*) Ignatio conueniunt Nazianzeni verba orat. 20. Prior Pater certauit, nunc filij succedunt. Tres libros S. Ignatius scripsit, innumeros filij in fidei defensionem, & Ecclesiae ornamentum. Pater bella quidem sanguinolenta Romae, & alibi cum Haeticis habuit, & victor euasit, filij omnia Septemtrionis Regna, ut ea reducerent Ecclesiae gremio, penetrarunt. Pater plures animas conuertit, filij ampli Orientis Gentilitatem: Pater suo tempore Ecclesiae Athlas, filij hodie brachio suo veluti scuto eam protegunt. *Et fol. 23.* Nouus (*inquit*) exercitus, nouum Dei subsidium Societas IESV, sed Societati Haeticorum opposita: vtraque Societas est, sed vtraque in omnibus contraria. Iesuitica Vnitatem, & charitatem amplectitur, Haetica discordias: illa morum moderationem exercet, secus ista. Quam distinctus Haeticus! quam reformatus Iesuita! *Et fol. 24. col. 2.* Prope montem Carmeli (*subdit verbis vtens Abulensis 3. Reg. 18.*) Comedit Achab, dum Elias orabat in monte. Hoc idem videmus hodie in Ecclesia Dei: facti enim Societatis Religiosi spiritus feruore Eliae zelum renouant, magis puram, magisque feruentem orationem

in

Edita in lucem ad haesum tenebris resistendum, & Haeticorum astutias destruendas.

Contra: quos suorum militum linguam, & calamo velut duplici gladio Ecclesia defendit.

Socij Parenti suo quam similes.

Iste Ecclesia Athlas, illi scutum.

Societas nouus Exercitus, nouum Dei subsidium Haeticis oppositum.

Renouat Eliae zelum in Bacchanalibus. 3. Reg. 18. 42.

in Bacchanalibus, dum huius sæculi filij gulæ & abdomini indulgent.

Et postea *Excell.* 11. fol. 29. col. 4. In hac (inquit) Domo amicorum Dei vita actiua, & contemplatiua iunguntur, strictisque amicitiaë vinculis vniuntur Martha, & Maria. Non sum vni angulo natus, Patria mea totus est hic Mundus, dicebat de se *Seneca lib. 3. Epist. 28. & de Societate Encomiastes.* Igitur egredimini (socios alloquitur) ô Euangelici Prædicatores, ô Magistri Christianæ doctrinæ: egredimini de vestris recessibus, per secularium domos intrate, tenebras carceres lustrate, in quibus vinculis aureis præpediti, miseri captiui rident suam infelicitatem. Regia Palatia vestra sancta communicatione fruuntur: gens enim in omni virtute adeo exercitata, omni religiosa occupatione tam munita, inter sæculi pericula securè viuere potest: siquidem inter sæculi confusiones illi supremam Dei maiestatem laudant, & extollunt. Et *Excell.* 13. fol. 39. col. 3. *Nostris applicat quod Eusebius dixit de Primæuis Ecclesiæ Religiosis:* Ab ortu autem diei vsque ad vesperam omne eis spatium studiorum exercitijs ducitur, quibus ad diuinam Philosophiam Sacris literis imbuuntur, habent etiam disputationes quasdam: itaque non solum subtilius intelligunt hymnos veterum, sed & ipsi faciunt nouos. *lib. 2. Hist. Eccles. c. 13.* Verè qui hæc scribit (subdit Auctor) in Societatis munia oculos iecisse videtur: in ea enim videmus concertationes literarias acerrimas: vnaquæque huius Religionis Domus, noua quædam Vniuersitas videtur: hic scriptores, hic docti scripturæ Interpretes: viri denique in omni virtutum genere perfecti.

Et *Excell.* 14. fol. 40. col. 1. Ignatius (inquit) & eius Familia sapientiæ lucernas in manibus portant, ideo eum emerito titulo Urbanus VIII. & Ducem, & Arhlantem Ecclesiæ vocat, sustinentem orbem humeris suæ doctrinæ. Præcipuum exercitium, & occupatio huius Sacræ Familiæ studium literarum est, adeo, vt de illa dicere possimus, quod *Cyrillus*

Domus amicorum Dei, in qua vita actiua, & contemplatiua iunguntur. Luc. 10. 38.

Commendatur ex literarum exercitio.

Sapientiæ lucernas in manibus eum Ignatio portat.

Qui v
Dux, &
Ecclesia
Atlas, sua
doctrina
humeris
sustinet
Orbem.

Socij lau-
dati.

Quorum
calamis
Taberna-
culum Dei
ornatur.
Exod. 38.
18.

Societas
suprema
Ciuitas
literarum.
Ioh. 15. 15

In quo IE-
SV Nomen
vacuum
non est.

Hierosolymitanus de Hieronymo : vsque ad mediam noctem quiescebat, qua quidem continuo surgens lectionibus, & scripturis sanctissimis, quibus tota radiat Ecclesia, uti lampadibus pretiosis intentus, vsque ad esus horam perdurabat. *Et postea fol. 41. col. 1. De viris huius Societatis dicit, quod de veterioribus religiosi, primisque Christiana perfectionis exemplaribus refert S. Isidorus.* Simul agunt viuentes in Orationibus, in lectionibus, in disputationibus, in Vigilijs, in ieiunijs, modesti, verecundi, placidi, concordissimam vitam sectantur, cogitationes suas alterutrum reuelantes, inuicem discutunt & corrigunt. *Et fol. 42. col. 1. Tabernaculum (ait) ubi adstabat diuina Maieestas plumis ornatum, & in introitu eius opere plumario fecit tentorium Exod. 38. ad indicandum fortè, maiorem Ecclesiæ ornatum ex sacrorum scriptorum calamis componi : ô quàm multi, & diuersi ditant Societatem ! Non est excogitabilis literarum materia, de qua eius professores libros pene infinitos non scripserint. Si Orco capita tollant Hæreses, hi calamis ea demetunt : fratres Scripturam nouis lucubrationibus illustrent, hi orbem illustribus Commentarijs replent. In Theologia Morali & Scholastica, in legibus, & Concionibus quis neget excellere ? ô Ciuitas literis exornata, in qua mysterioso artificio exodi citati pennæ ad Te ditandam concurrunt, &c. Et tandem fol. 43. col. 1. ô suprema (exclamat) Ciuitas literarum, in qua omnes benè occupati, nullus otiosus viuit : omnes fructificant, omnes gemellis fætibus, & sterilis non est in eis. Quæ Augustin. & Bernardus de viro Euangelico explicant : ille Epilt. 83. iste ser. 63. in Cant. Et quidem sanctis exhortationibus, doctis scriptis, literarum eruditione fructus producis, ô sancta Societas crescas in millia millium. Hucusque ille, & quidem in summam Societatis laudem, & commendationem.*

108. A. IOANNE DIAZ MORQUECHO in *Censura Tomi singularium Moral P. Anton. de Quintanadueñas.* Quando (inquit) non leuitica proles, hos tam locupletes fructus parturiit ?

riuit ? Nullatenus vacuum Nomen IESVS in illa extitit familia, vt de aliquibus veteris Testamenti aiebat Bernardus : illa enim Vocabula in illis nec lucent, nec pascunt, nec medentur, sicut in nostro IESV, verba sunt Bernardi. At vero in Societate IESV palmitibus non ita, sed frondes, flores, & fructus vberrimos parturiunt, sicut in nostro IESV; lucent in verbis, pascunt in exemplis, & languores animæ suis medentur scriptis. Sic illè.

Flores enim, & fructus vberrimos parturit.

109. * A FERDINANDO DE RIVERA, Socio ac Secretario R. P. Generalis sue Illustrissimæ Religionis in Concione, quam habuit in Templo nostro Matritensi, qui postquam asseruit, Christum Dominum Societatis contractum (seu vt vulgo dicitur Trato de Compañia) cum Ignatio iniisse ad animarum lucrum acquirendum, hæc habet fol. 21. col. 1. Est tamen impossibile recensere fructum quem illa protulit, & innumerabile lucrum animarum, quo gaudet Ecclesia eius causa : dicat illud Sacramentorum, Confessionum, & communionum frequentia, multitudo hominum, qui Religionem profitentur : dicant Hæretici conuicti in Germania, Anglia, & Gallia : dicant Gentiles ad veram fidei notitiam in vtraque India reducti. O quam bene conuenit IESV Societati, quod de Æterna Sapientia dixit Sapiens, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Omnia bona (addit col. 2.) ad tria genera reducuntur, ad bonum honestum, vtile, & delectabile. Quæ omnia pariter inueniuntur in Ecclesia per hanc sanctam Societatem IESV, & per manus illius. Honestum; in prompta obedientia, perfecta charitate, humilitate profunda, laborum, ac Martyriorum tolerantia, alijsque virtutibus. Vtile: (subdit fol. 22.) in eruditorum, ac sanæ & Catholicæ doctrinæ voluminum editione, scientiarum omnium in omnibus Academijs per eam suscitato splendore, confessionibus, ac concionatoribus, Congregationibus sæcularium Equitum, & Ecclesiasticorum, alijsque pene innumeris. Delectabile: in

Innumera- biles fru- ctus ex illis secuti.

Præcipue in Hæreticis, & Gentilibus re- ndis.

Sap. 7. 11. Bona honesta, vtilia, & delectabilia Ecclesia attulit.

Tem-

Templorum eius nitore, domorum munditia, Altarium ornatu, afflictorum dulci congressu, ægrotorum solamine, in eo denique quod omnibus se accommodans, cum dolentibus doleat, & gaudeat cum gaudentibus, omnes speciali lætitia afficiendo, &c. *Hæc inter alia multa additissimus Societatis Encomiastes.*

Religio
magna, v-
triusque
Ecclesiæ
felix læti-
tia.

Isai. 60. 15
Multo irri-
gata san-
guine.

Instar auri
laborū igne
perpurgata.

Arbor tota
ex auro in
æternum
duratura.

110. * A SILVESTRO DE SAAVEDRA in *Approb. Relectionis Sacre pro celebratione primi sæculi Societatis, habita in Collegio Gaditano à P. Thoma Legionensi mira eruditione, Hispalique typis editæ ann. 1640.* Magna (inquit) Religio, sæculi huius superbia (Ponam te in superbiam sæculorum) vtriusque orbis, siue Ecclesiæ vtriusque felix lætitia, sic effulsit, ac si sæcula vixisset innumera, non bene perpensis Catholicæ Monarchiæ lucris: tanto irrigata sanguine primum eius sæculum aureum emerfit: eaque instar auri laborum Christiano perpurgata igne, splendens, ac purissima: plantataque iuxta persecutionum aquas. Arbor tota ex auro in æternum duratura; securius sane quam de suo Augusto Platano vaticinabatur Marcialis:

*O dilecta Deus, ô magni Cesaris Arbor,
Ne metuas ferrum, Sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores,
Non Pompeiana te posuere manus.*

A TRINITARIIS.

III. * **A**B HORTENSIO PARAVISINO *Prouinciali, ac Vi-*
statore Generali Batico, Concionatore vere Regio, scrip-
toreque elegantissimo. Tomo de Sanctis, Oratione Euangelica in Bea-
tis. S. Fran. Borgia fol. 208. col. 4. Societas (inquit) IESV est verè
 Cælum, imo Stellarum Firmamentum, Virorum scilicet in-
 signium, viuido charitatis igne Ecclesiam per totum Orbem
 illustrantium. Coadiutores spirituales Iesu Christi, Socij offi-
 cio, Filij autem Discipulorum successione: Omnes Pauli Do-
 ctiores Gentium adimplentes cum efficacia effectus, qui de-
 erant sufficientiæ sanguinis Iesu Christi: Collegium Aposto-
 licum ad continuandum Christi Collegium substitutum.
 Cæli sunt Religiones omnes: nulli Religioni Planetæ defunt
 fœcundis illam luminibus illustrantes: Sol Thomæ, Stella
 Dominici, Globus Benedicti, Mars Augustini, via lactea
 Bernardi, Ardore purpurei Francisci, Zonæ Carmeli, Paral-
 leli Basilij, & Hieronymi, Aurora Nolasci, Iupiter verus
 Trinitatis. SOCIETAS vero Firmamentum est, nusquam stel-
 las, nusquam signa, nusquam salutare influentias in ea defi-
 derabis. Magistri omnes sunt in scribendo, Prædicatores in
 concionando, Doctores in docendo, Ascetici in exhortan-
 do, calamo, voce, exemplo, libris, suggestibus, confessio-
 nalibus. O spiritualis rationalium apum officina! quæ ex cæ-
 lesti sudore, ac proprio fragrantibus fingunt fauos, mel dulce,
 & vitæ spiritui, lucentem ceram Ecclesiæ. O Religio Sancta,
 quam Charitas, literæ, Modestia, & Puritas insignem adeo
 fecerunt, vt vix aliquando cepisse videaris: vsque adeo magna
 semper fuisti. Societas nempe IESV, Ierusalem noua de Cælo
 ad Ecclesiæ reformationem descendens: Communitas prodi-
 giosa: Cœnaculum Domini in Pentecoste, ex quo Apostoli
 LI igne

*Societas
vere cæli,
imo Firma-
mentum.*

Gen. 1. 14

*Cuius filij
Stella cha-
ritatis igne
Ecclesiam
illustrantes*

*Coadiuto-
res, ac Socij
Iesu Chri-
sti.*

*Collegium
Apostoli-
cum.*

*Omnes
Magistri
Doctores ac
Prædicato-
res.*

*Calamo,
voce, &
exemplo.*

*Societas
spiritualis
rationali-
um apum
officina.*

*Ierusalem
noua ad Ec-
clesiæ re-
formationē
de cælo de-
scendens.*

*Apoc. 21. 2
Act. 2. 1.*

Communi-
tas prodi-
giosa, &
Domini
coenaculum

Athenæ E-
uangelica,
& fidelium
Semina-
rium.

igne variarum linguarum accensi ad Orbis conuersionem
prodeunt. Tu Athenæ Euangelicæ: Tu fidelium Christia-
norum Seminarium: Tibi debemus omnes, id quod sumus.
Ego autem, ne aliquem offendam, Tibi soli debeo, quod
scio: Tibi me debitorem agnosco: in Te rationis lumen mi-
hi affulsit, in Te studium: mea lingua, meus calamus, non
grates, sed debitum naturale rependat. *Hæc ille, qui hoc tam
magnificum testimonium pro ardenti in Societatem beneuolentia la-
tine redditum edidit.*

Suorum
calamis pro
immacula-
ta Virgini
Conceptio-
ne supra
omnes pu-
gnauit.

Curus ex-
cellentiam
buccinauit.

Quam filij
sanctitate,
virtute, ac
literis de-
fendunt.

112. * AB EMANVELE REYNOSO *Definitore Maiori Or-
dinis, scriptoreque non Vulgari in defendenda Deipara. Is in Tra-
ctatu de Immaculata eius Conceptione ser. 8. Discurs. 8. fol. 159. col. 2.*
Magnus (*inquit*) Patriarcha Ignatius spiritum de immaculato
Virginis conceptu in suam Religionem infudit, tanto nisu,
firmaque adeo & stabili deuotione, vt possimus cum veri-
tate pronunciare: ex omnibus probationibus tam de facto,
quàm de iure his temporibus elaboratis, in Virginea purita-
te ac nobilitate comprobanda, plures ab illustribus huius
Communitatis hominibus prodijisse, eosque solos plus in hoc
articulo de Immaculata Conceptione, quam ceteras omnes
Religiones, scripsisse. *Ita ille in non modicam Societatis laudem.*
*Et antea ser. 1. fol. 17. iam dixerat: Societas IESV hisce vltimis
mundi temporibus ad illius lumen, & exemplum venit. Et
ob filij honorificum Nomen, excellentiam Matris bucci-
nauit. In his enim temporibus inuenimus fere quadragin-
ta huius Sacræ Religionis Auctores, qui ex calamis enses fa-
bricantes purissimam eius Conceptionem defendunt. Et ser-
mone vltimo eiusdem Tractatus de Concept. fol. 291. Festum Con-
ceptionis (ait) à Societate IESV celebrari quidem, & bene
celebrari, si quidem tam præclari huius Religionis filij, san-
ctitate, virtute, literis, & nobilitate, scriptis, & pulpitis de-
fendunt.*

113. A LVDOV. MOYA CORONEL *Theologia Professore
in Collegio suo Complutensi in Approbat. Logica P. Fran. Alfonsi.*
Est

Est *(inquit)* hæc Societas illa Prophetarum 1. Reg. 19. vbi ad solum ingressum omnes prophetant. Est Societas illa IESV Magni Sacerdotis Zachar. 3. Vbi omnes viros Societatis IESV, viros portendentes Angelus Domini prædicauit. Est denique Domus illa IESV, in qua Ioan. 1. à Baptistæ discipulis res grandes, & valde subtiles (Cyrillo teste) iudicabantur dignè edoceri, refert ergo filius Matrem, &c.

Est Societas
Prophetarum
& IESV
magni Sa-
cerdotis.
1. Reg. 19.
20.
Zach. 3. 8.
Ioan. 1. 38

114. * A FRAN. DE S. IULIANO, *Qui in Approbat. ad Librum Prædicationis fructuose inscriptum, & à P. Hieronymo Contemte elaboratum, & typis editum Cæsar august. an. 1652. In Societate (inquit) IESV virtus cum literis amico feedere coniunguntur: illa spiritu mundum ædificans, hæ ignorantias veræ sapientiæ oppositas, expellentes. Quod mysterium Euangelista Ioannes in Visione cap. 1. vers. 16. suæ Apocal. videtur prædixisse, cum IESVM vidit, & Gladium vtraque parte acutum de ore eius prodeuntem. Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Vbi sancti, & Euangelici Prædicatores signantur, secundum Gloss. Aretas, Primas. Ambros. & alios, qui diuinæ prædicationis gladio bicipite, iam vitia vitæ exemplo, iam sapientia ignorantia radicem præcidunt. Sed cum Gladius ille de IESV ore exire visus sit, mihi persuadeo, verè in illo Societatis filios designatos, qui sibi in Ecclesia vendicarunt hoc tam iustè meritum Prædicationis stemma. Hæc ille.*

Virtutem
cum literis
coniun-
gens.

Cuius filij
incipites
gladij ex
ore Domini
prodeuntes.
Apoc. 1. 16

Vitia ex-
emplo, sa-
pientia ig-
norantia
radicem
præcidunt.

115. * A FRAN. DE ARCOS Regio Concionatore S. Officij Qualificatore, ac sacre Scripturæ Magistro in Vniuersit. Toletana, in Approbat. Tom. 1. de Sanct. Toletanis per P. Anton. de Quintanaduernas. Societas *(inquit)* Respublica est Sapientiæ adeo coniuncta, vt de ea dicere possimus (quod de Catholica dixit Lactantius lib. 6. q.) Non potest nec Religio à sapientia separari, nec sapientia à Religione secerni.

Societas
Respublica
sapientia.

A M I N I M I S.

116. * **A** IOANNE PONCE DE LEON *Generalis Inquisitionis Qualificatore, & Hispania Bibliothecarum Visitatore Generali: qui in Approbat. Tom. 1. Viror. Illust. Societ. miris eam extollit encomijs: Omissis autem ijs, quæ ex varijs Auctori-*

Societas miraculosè fecunda, ac insignium virorum Mater.

Martyribus, & scriptoribus ditissima.

Quorum voluminibus Orbem vniuersum ditat.

Ignatius alter Abrahamus, & magnus Ecclesia Patriarcha Gen. 17. 5

Mira eius filiorum encomia.

Quam utilis Societatis opera varijs Nationibus.

bus colligit (& in toto hoc opere sparsa continentur) sic ille in tante Matris, filiorumque commendationem latinè redditam erumpit. In hoc, & in alijs Tomis Auctor (is est P. Eusebius Nierembergus) nobis primum Societatis sæculum proponit, eius conceptionem, Organizationem, Ortum, educationem infantiam, pueritiam, iuuentutem, ætatem perfectam in viris suis mirabilibus, quos toto hoc tempore produxit; describens. Indeque eius Genealogia ostenditur miraculosè fecunda, ob talis Parentis originem, Illustrissimæque prodigiosa, quia Mater est tot, ac tam insignium virorum. Hodie hæc magna Religio 281. Martyribus ditescit, qui eius pulchritudinem exornant, necnon & viris exemplaribus 1447. qui in omnibus scientijs, ac facultatibus Venerabile eius nomen fecere, quorum Operibus diues Hispania, Anglia, Bohæmia, Germania, Polonia, &c. Et postea loquens de Sanctiss. P. Ignatio, Alter (inquit) Abrahamus est, Ecclesiæque magnus Patriarcha apud tot, ac tam varias totius Orbis Nationes, de quo dicere licet, quod de Abrahamo exhibet sacer Textus Gen. 17. vt fieret in gentem magnam, vbi Rupertus aduertit, non dixisse in gentem multam, sed magnam: & vere magna gens filij huius Illustrissimæ Societatis, in qua magni Patriarchæ, Prophetæ, scribæque periti, ac diuersorum meritorum magni viri, passim occurrunt, per quos veram Dei magnitudinem mundus agnoscit. Et rursus addit: Sine lite res est, neminem esse qui se sacræ Societati IESV, eiusque filijs debitorem non agnoscat. Hispania tota eius exemplo à vitijs reformatur:

tur:

tur: Anglia occultis Catholicis conseruatur: Bohemia, & Germania hærefes abhorrent: Ibernia, & Vngaria Trinitatis myfterium profitentur: Iapones Indiarum ac Gentilitatis incolæ Ecclefiæ obediunt, fuorumque Martyrum fanguine veritatem Catholicæ fidei testantur, &c.

AB EODEM *In Approbat. lib. de Triumphis fidei à P. Andrea Perez in lucem editi.* In hoc opere (*inquit*) vtrique orbi mirabilia patent, quæ in Sinaloenfi Gentilitate per illuſtriſſimos filios magnæ Societatis operatus eſt Dominus: per quos (vt ad alium ſcopum dicit Rupertus) veram Dei magnitudinem cognouit Mundus. *Et poſt pauca ſubiungit*: Sociorum prædicatione, heroicisque eorum actionibus, cælum magna gloria ditatum eſt; Eccleſia filiorum fecunditate; Religio numerofis fidelibus; Mundus ſingulari luce; Dæmones ſpeciali confuſione ac dolore, dum vident per filios illuſtriſſimos S. Ignatii, & infernum minutum iri, & cælum multis incolis auctum. *Et ruruſus.* Maiores fructus ſunt quos hæc Societatis IESV magna Religio in vniuerſali fecit Eccleſia, quàm damna, quibus Caluiſtæ hæretici, ac Lutherani aduerſus eandem perpetrarunt: in cuius rei comprobationem natum videtur, quod Nicephorus Calixtus refert de Ciuitate Conſtantinopolitanâ magnis terroribus obruta, Conſtantinus condidit, Syrus reſtaurauit. lib. 5. cap. 46. Igitur nitantur Lutherani, ac Caluiſtæ nouas machinas aduerſus Eccleſiam moliri, conentur Gentiles bellum aduerſus eandem mouere Idolorum adoratione, &c. Tunc IESVS magnam ſuam Societatem erigit, quæ per omnes Nationes ad ouile Chriſti tot animas per tenebriſa pascua aberrantes, ſua vita, exemplo, continuaque prædicatione reducit. Omnes hi fructus medijs magnæ Societatis Miſſionibus comparantur, iam Eccleſiæ ruinas reparando, iam eam ad priſtinum ſplendorem reduciendo, adeo vt aſſerere poſſimus, Chriſtum ſuam Eccleſiam fundaſſe, filios autem Syri (qui idem eſt ac qui ignem producit) eam ad antiquam ſuam venuſtatem reduxiſſe,

Per eius filios veram Dei magnitudinem cognoscit Mundus.

Cælum magna gloria ditatum eſt.

Eccleſia filiorum fecunditate, mundus ſingulari luce, &c.

Plus vilitatis Eccleſiæ attulit, quam damni Hæretici.

Infideles ſua vita, & exemplo ad Chriſti ouile reducit.

Suis excuſionibus.

Societas
fertilis Pa-
radisus.

te, restaurasse, &c. *Hactenus, præter alia multa, indefessus ubique Societatis Encomiastes. Qui etiam in Approbat. Par. 3. de Immitat. Virginis per P. Alfonsum de Andrade conscripta, Societatem fertilem Paradisum appellat. Et tandem in Censura Epistol. P. Eusebij: Illustrissima (inquit) Religio Societatis IESV est, in cuius glorijs noua recognoscuntur argumenta, quandoquidem eius alumni suis æquè doctis, ac fidelibus calamis Ecclesiæ Catholicæ constantia ac firma maximæ suæ eruditionis monumenta præbent. Non aliter de Societate, ac socijs sentiebat, loquebatur, scribebat semper uir iste grauissimus, & in tota Hispânia celeberrimus.*

Illa est vltima
Dominici ex-
ercitus
Pars.

117. A FRAN. FREIRE, Collegij sui Hispalensis Moderatore, in serm. Canonizat. S. Ignatij fol. mibi 7. afferente, S. Ignatium Societatem quamdam præcinctorum militum instituisse, esse vero vltimam exercitus partem, sed talem, vt quamuis in prima veterani milites, fortesque Duces exercitus Dei, Benedictini scilicet, Basiliani, Hieronymiani, Dominicani, Franciscani, Augustiniani, & ceterorum Ordinum acies, collocentur; ista tamen præcinctorum Balani Prophetæ oculos rapuerat, eamque vt præcipuam lumine suæ prophetiæ intuebatur, &c. *Et postea fol. 8. Non modica (inquit) huius Religionis excellentia est Ecclesiæ Pedes esse, ob duo præcipua Pedum munia: quorum primum est, Caput, Corpusque sustinere, ne in terram decendant: alterum, Corpus, quo homo*

Pro Eccle-
siæ Pedibus
destinata.

Cuius Ca-
put, ac Cor-
pus Scrip-
toribus,
Magistrif-
que susten-
tat.

Et Collum,
nempe B.
Virginem
immacu-
late con-
ceptam.

velit, deferre, hinc inde deambulando. O inclyta Societatis Religio! quam Cælum vt postremam pro Sacris Ecclesiæ Pedibus destinauit. Illi sunt qui eius Caput (nempe Pontificem) scriptis adeo insignibus sustentant. Scriptores 300. extant (hodie innumeri) in hac sacra Religione, tot ac tam insignes Prædicatores; tot Magistri; tam insignis aduersus hæreticos zelus; tantus ardor in animabus conuertendis, quid aliud est, quam Ecclesiæ Caput sustentare? Quod si Ecclesiæ Collum Virgo beatissima est, quis hisce temporibus ad eius puritatis immunitatem defendendam, scriptis, Cathedris, sug-
gestis,

gestis, sic manum applicuit, ac IESV Societas? Illa hisce sæculis Religiones omnes præclaros viros subministrando, qui ex eius Scholis prodire, sustentat, &c. Hæc ille inter alia multa Societatis encomia, quæ per totam illam Concionem, vere auream, dispersa sunt.

Et Reli-
giones præ-
claros viros
submini-
strando.

118. A CLAUDIO RANGOLIO In Comment. sup. lib. Re- gum Tom. 1. lib. 1. cap. 10. vers. 8. fol. mibi 1253. Qui vindicatis à calumnijs obmurmurantium Religiosis, plura in animarum utilitatem enumerat, in quibus illi se laudabiliter exercent; posteaque addit: Quo in genere Iesuitæ multa cum laude versantur, & ab ijs etiam, quorum invidiam iustis operibus meruerunt, ob eloquentiæ, eruditionisque vim maximam, cupide, ac frequenter audiuntur. Ita Scriptor doctissimus.

Defensa, ac
laudata ob
eloquen-
tiam, &
eruditionem
maximam.

A CANONICIS REGVLARIBVS.

911. A MARTINO CARRILLO Abbate Montis Aragonij *A*fferente, Videri diuinitus Ignatium Mundo datum, vt se Luthero, & Caluino fidei Catholicæ pestibus opponeret: idque ab eo, eiusque filijs factum strenuè iuxta, ac feliciter. Horum opera Christi vineam vberimos fructus produxiffe: horum non modo laboribus, doctrina, scriptis, vitæ exemplo, sed & sanguine defensam, conseruatamque veram religionem. Nec veretur, ob multitudinem eorum, qui in hac causa vitam profudere, Societatem, Matrem Martyrum appellare. Ita apud Imaginem 1. secul. Societ. lib. 5. cap. 11. fol. 679.

Ignatius,
& Socij
Hæreticis
à Deo op-
positi.

Quorum
doctrina
exemplo, &
sanguine
defensa, &
conseruata
Religio.
Societas
Mater
Martyrū.

120. A RAYMVNDO DE LVNA in Concione quam ille habuit Placentiæ Italarum in Collegio Societatis IESV, in solemnitate Canonizationis Sanctorum Ignatij, & Xauerij fol. 24. Sanctissimus (inquit) Patriarcha Ignatius, Auctor, & Parens Religiofif-

Religiosif-
sima flo-
rentissima,
ac doctifsi-
ma.

Ferax San-
ctorum, &
Martyrum
ornata.
coronis.
Seminariū
Prædicatorum,
doctō-
rum fodina
ac militan-
tis Reip.
Trophæum.
Basis su-
prema Se-
dis, fidei
propaga-
trix veri-
tatisque
Columen.
Hæreticorū
Malleus
ruina ido-
latriæ, &
in Romano
Cælo Ath-
lanti Her-
cules.
Ignatius
splendens
Societatis
Sol.
Illa decus
Italia, Hi-
spania ho-
nos, &
Gallia
splendor.
Belgij or-
namentum
Germania
pompa, lu-
mē Polonia
Noui Orbis
salus, Glo-
ria Ecclesia
prodigium
Vniuersi.

giofissimæ Familiæ Societatis IESV; Familię, inquam, floren-
tissimæ, doctissimæ, sanctissimæ, ac breuissimo temporis in-
teruallo in tantam magnitudinem euectæ. Ipsa enim est, quæ
in tot effusa terrarum tractus, ferax sanctorum, tot Marty-
rum ornatur Coronis, ac purpura; tot Beatorum virorum
candidatâ fulget innocentia. Seminarium eximiorum verbi
Dei Præconum: Doctorum Fodina, Christianæ militantis
Reipublicæ Trophæum: Apostolicæ velum Nauiculæ: su-
premæ, ac maximæ Sedis Basis, ac firmitas: Cultrix Vineæ
Domini Sabaoth: Christianæ fidei Propagatrix, Veritatis
Columen: Vexillum Christianæ militiæ: Hæreticorum
Malleus: Hostis, & Ruina idololatriæ: Mundi Prodigium:
ac facer tandem in Romano Catholico Cælo Hercules Ath-
lanti. *Hæc ille ex Italico idiomate fideliter reddita, quibus nil ele-
gantius.*

121 * AB ASCANTIO ORDEI Mediolanensi Abbate, ac
Prædicatore celebri in libello suo aureo Orationum sacrarum Italico
etiam idiomate conscriptarum, in Oratione 5. exornatiua Sanctorum
Ignatij, & Francisci Xauerij recitata Mediolani in eorum Canoni-
zatione ann. 1622. Verum (inquit ille fol. 156) clarè admodum
elucet, & innotescit huiusce Solis nostri (D. Ignatij) splendor,
calorque sæcundissimus in hac inclyta Religione Societatis
IESV instituenda, quæ quidem est Decus Italiæ, Hispaniæ
Honos, Splendor Galliæ, Belgij Ornamentum, Germaniæ
Pompa, Lumen Poloniæ, Noui Orbis Salus, Gloria Eccle-
siæ, Prodigium Vniuersi. *Sequenti vero pagina ita profequitur.*
Quid est Ignatium Parentem esse Societatis? quid aliud
amabo vos, quam Auum esse, & Progonum bonarum ar-
tium? spiritualium Magistrorum Parentem? Speculorum
totius Iustitiæ Institutorem, tot tantorumque Sanctorum,
tot millium Martyrum, Confessorum, & Doctorum Paren-
tem, &c. *Hæc ille in tantam Sociorum, Societatis ac Ignatij Fun-
datoris Sanctissimi commendationem, quæ vel scribenti nostro ca-
lamo ruborem pariant.*

A CLERICIS REGVLARIB. THEATINIS.

122. **A** IOANNE MARIONO Neapoli fama Sanctitatis celebri, *é primisque huius Illustrissimæ Familie viris. Cum Ludouicus Massellus haud suo fideus iudicio ac sensui, virum bonum, doctumque è Benedictinis tyronum Magistrum de ineunda Societate, ad quam animo incitabatur, consulisset, ille ad dictum Ioannem Marionum remisit: qui audita Oratione post aliquantum silentij alto cum gemitu verba illa Christi Domini protulit, si scires Donum Dei, & quis est qui loquitur tecum. Tum iterum silens, cum quasi admirans aeternæ illius maiestatis benignitatem, qua hominum corda tacitis alloquitur motibus, ad seque trahit, aliquamdiu hæssisset, Abito, inquit, fili, ipsos consule Societatis Patres, rectius me illi norunt quid optimum factu sit, quod suadent, exequere, sic refertur Par. 2. Histor. Societat. lib. 2. num. 67.*

Quanti
Marionus
fecerit So-
cietatem ?

123. **AB ANTONINO** DIANA S. Officij Regni Siciliae Con-
fultore meritisimo, & Antistitum in Romana Curia examinatore,
Auctoreque huius ætatis celeberrimo: Is in suis Resolutionibus Mo-
ralibus Par. 6. Tract. 1. de Immunitate Ecclesiastica Resolut. 1. num.
3. Societatis viros sapientissimos vocat. Et Resolut. 5. num. 2.
ait, Societatem, Religionem esse nunquam satis laudatam.
Et Par. 7. Tract. 3. Resolut. 45. Constitutionem Societatis de corre-
ctione fraterna tot iaculis à multis impetitam, scuto suæ auctorita-
tis munitissimo propugnat. Et propositionem contra illam in qui-
busdam thesibus appositam, scilicet, Nullo modo licere pec-
cata denunciare Prælato vt Patri, ommissa præuia admonitio-
ne secreta, damnatam asserit, ab Inquisitore Generali per Edictum
datum Martii die 19. Nouembris 1625.

Eius filij
sapientissi-
mi.

illa nun-
quam satis
laudata.

Et in Cor-
rectione
fraterna
propugna-
ta.

Iesuita,
proinde
Theatini
dici viden-
tur, quasi
diuini, aut
contempla-
tores Dei.

124. * AB EMANVELE CALASCIBETTA, *In Vita B. Caietani sui Ordinis Fundatore cap. 6. pag. 19.* In Hispania (inquit) Theatinorum nomine intelliguntur Patres Societatis IESV, quia ita eos communis vox nominat, forte ob opinionem, & virtutem horum Religiosorum, quos plaudit Orbis. Sed hæc vox à Græca deducta videtur, siue Teos, qua Deus signatur: siue Teatis, qua contemplator; proinde dici videntur, quasi diuini, seu contemplatores. Vnde Theatinum dicere, idem est, quod diuinum, aut contemplatorem Dei appellare. Sic ille. *Vnde Theatinorum appellatio vulgaris, Iesuitis cedit in gloriam.*

A B A R N A B I T I S.

Epistola
Barnabita-
rum in obi-
tu B.P.N.
Ignatij.

125. **H**Ac ad literam Epistola Romam Mediolano missa audito Sanctissimi Parentis nostri obitu dolorem suum explicantibus, & in tanto Patre Filios, & Societatem venerantibus. Postquam (inquiunt) nobis renunciatus est hinc in vitam meliorem recessus beatæ memoriæ Venerabilis Patris Ignatij, non mediocri cor nostrum pupugit dolor, tum vestri causa, totiusque sanctæ Congregationis IESV, quæ tali Magistro, ac Parente orbata dolens, mœrensque remansit; tum nostri, quorum etiam Pater erat. Dolendum quidem quod raptus est nobis hoc maxime tempore, quo bonorum virorum tanta caritas est; consolandum vero est, quod ad meliora transierit. Iustus enim viuere Christus est, & mori lucrum: quia & dissolui, & cum Christo esse multo illis melius. Quo fit ut cum B^{mo}. Petro Kalendas Augusti corporeis solutus vinculis, ad cælestia lætus migrauerit. Hoc tantum metuendum est, ne aliquo nostro peccato ereptus sit mundo, & sicut de sancto Iosia legimus, quia Iudæorum populo graue imminabat exitium, Rex iustus ante sublatus est. Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum: sed ne-
que

Qui instar
Iosia è vi-
uis sublatus
est.
Eccli. 49.
1.

que etiam omnino à nobis recessit. Viuit apud omnes, quocumque se per totum Orbem nomen Christi protendit, dulcis & grata sancti viri memoria, qui tantum de Christiana re-
 publica meritis est. Quo Magistro, ac Duce Christi fides, religio, doctrina adeo propagata est, vt ipsos quoque Antipodes penetrauerit; apud quos multa millia hominum ad fidem conuersa, nouam Ecclesiam primæ illi Apostolicæ æ-
 mulam, novos Apostolos, novos Martyres legimus extitisse. Præmisit filios: nunc post multos superatos labores pro Christi nomine sublequutus est Pater, non minus magnis curis excruciat, multa Ecclesiarum sollicitudine confectus, in otio martyr; in quem non tantum domus vestra tam magna tot annos recumbit, sed plurimorum aliæ. Communis erat bonorum omnium Pater. Et quem mœrentem non est solatus dulci alloquio? cui afflicto non affuit benignus consilio? quem indigentem auxilio non iuuuit? non est tutatus? Pes claudo, oculus fuit cæco, pauperibus solamen, & miseris omnibus præsidium. Reddat illi Dominus bonorum operum mercedem. Nos in tanto funere Sacram Deo Hostiam in altari non cessamus offerre, spargant alij Tumulo purpureos flores: hæc Sacerdotum sunt lilia, magisque vernantia, & Deo amabilia, mysteria pro sancta illa anima, licet iam beatæ vitæ gaudia (vt credimus) perfruente. At his saltem illum, quem viuentem nobiscum pio amore coluimus, recedentem ab hoc sæculo nequam, quibus possumus muneribus prosequemur. Dilectionem vestram rogantes, vt has amoris lacrymas, fidei, & obseruantia nostræ testes libenti animo suscipiant, mutuoque nos diligant; memores in suis orationibus paruitatis nostræ. Dominus noster Iesus Christus sit cum omnibus vobis. Amen. Ex Cænobio nostro Mediolani Kalend. Septembris 1556. Ita Par. 1. Histor. Societ. lib. 16.

Magister,
ac Dux fidei.

Noua Ecclesia Apostolicam emulantis fundator.

Martyr in otio.

Communisque omnium Pater.

num. 124.

126. A CHRISTOPHORO GIARDA Viro egregie docto ac pio, eximioque Societatis Panegyrista, libro suo de Ape Religiosa.

Societas,
Sodalitas
beatissima.

M m 2

Beatif-

*Doctrina
sublimitatem
cum
sanctitatis
præstantia
connectens.*

*Illius pro-
gressus ad-
mirabiles.*

*Non vnus
Religionis,
sed omnium
Societatum
ac temporum
esse
videntur.*

*Ignatius
laudatus.*

*Illius filio-
rum Elogia.*

Beatissima (*inquit*) Sodalitas ab Ignatio Conditore centum annis nondum elapsis tantum operum & scripsit, & gessit, vt si quis librorum sublimitatem, multitudinem, varietatem, cum rerum gestarum splendore, fructu, magnitudine, conferat, non modo ætatis obstupescat breuitatem, sed tantæ sanctimonix, tanta cum doctrina, vti difficillimam, sic præclarissimam connexionem admiretur. Ita enim late duobus sub Polis eruditionem & pietatem circumtulit, vt qui progressus illius admirabiles non audiunt, sed inspiciunt, non vnus religiosi Ordinis, sed omnium planè Societatum, locorum, temporum, ætatum, virorum, virtutumque in hac vna complexionem agnoscant. Nam breui tot Collegijs, tot Domibus, tot honorum gradibus, tot diuitijs, tot sanctissimis hominibus aucta est, vt ad hanc constituendam, amplificandamque contendisse hominum fauor, & cæli munificentia videantur. Vehementer autem ad hanc assequendam magnitudinem pertinuisse arbitror, primum illum virorum delectum. Vidit enim Ignatius diuina quadam & alta mente præditus, agendarumque rerum peritissimus, quanto augustiorem aditum principio habuisset, tanto augustiores pietatis & eruditionis progressus Societatem relaturam. Quam feliciter illius optatis prouidentia cælestis respondeat, hodiernus Societatis splendor, & perfecta filiorum similitudo testatur. Hos enim è summis viris natos arguit probitas Illustris, arguit Doctrina singularis, arguit celsitudo animi incredibilis, arguit peritia rerum omnium admirabilis, vita, oratio, modestia, incessus, vox, gestus, libri, arguunt denique omnia. *Hæc ille apud P. And. Lucam in Vita S. Ignat. lib. 4. cap. 20. Quid huic testimonio in Societatis commendationem dici, nedum fingi potest Illustrius?*

A PATRIBVS CONGREGAT.

O R A T O R I I.

127. **A** THOMA BOZIO *De Signis Ecclesie Tom. 1. lib. 5. cap. 5. fol. mibi 161.* Quin etiam (*inquit*) memoria nostra videmus amplissimam diuinitus à nostris excitatam IESV Societatem, quæ totius Orbis loca percurrens id vnum præ oculis habet, vt in præcipuis quarumlibet regionum ciuitatibus excitentur Gymnasia, in quibus per eos ad bonas literas, moresque pios, & verè Christianos adolescentuli erudiantur, &c. *Et postea fol. 162.* Ego vero (*subiungit*) mirabilissimis prorsus euentis hanc rem totam illustro: & vt omittamus recens Societatis IESV Institutum, cuius non modo inter nos, sed etiam multoque magis inter Indos, & Occidentales, & Orientales sunt vberissimi fructus in institutione adolescentum, &c. *Et in eodem Tom. 1. lib. 7. cap. 1. fol. 241. loquens de S. P. N. Ignatio hæc inquit:* Quantos fecerit progressus ex eo possumus conijcere, quod celeberrimam IESV Societatem constituit, cuius est in Euangelio, vt Pauli vtar verbis, maxima laus apud omnes. *Et Ibidem lib. 9. cap. 5. fol. 339. loquens de Societatis Religiosis addit:* Hi Auctore Ignatio Loyola nihil amplexi sunt, quo virtutes verè cælestes bonasque literas, & doctrinas pectoribus humanis toto Orbe terrarum possint inserere, idcirco pueros humanitatis artibus imbuunt, ac nullis laboribus, vt mortalibus bene per ipsos esse possit, vnquam parcunt. *Et tandem lib. 11. de eisdem signis Ecclesie cap. 1. signo 43. de Patientia fol. mibi 422. sic loquitur.* Atque vt apertissima res fiat, nostra ætate possemus ex vna Societate IESV nominare supra mille viros, qui pro Christi cultu inter Indos amplificando, nil non mali tolerauerint, vastissima maria transmiserint, nullo non vitæ discrimine, cum gentibus omni humanitatis sensu abhorrenti-

Societas diuinitus excitata totius orbis loca percurret.

Adolescentes ad bonas literas, & pios mores erudiendo.

Ex hoc vberissimi fructus.

Celeberrima est: cuius laus maxima in Act. 8. 18.

Eius filij virtutes verè cælestes toto Orbe pectoribus inserunt.

Occupati in diuino cultu inter Indos amplificando.

Maximis
periculis
etiam vita
discrimine.

Suprema
Xaverij
laus.

bus versentur, à quibus pene singulis horis, ne dum diebus mors timeatur, multis iniurijs afficiantur, multis opprobrijs onerentur, dum non occulte, & clam more Hæreticorum, hos, illosve reducant, & venena per Indias spargunt, sed Christi Religionem palam prædicant, nullis armis, nullis præsidijs sepi, sola muniti patientia, sola fortitudine obiecti, &c. *Et Ibid. lib. 6. cap. 3. n. 12. loquens de vno Xaverio Indiarum Apostolo tandem concludit.* Age vero, maxima de Xaverio dicamus. Vniuersi Hæretici ab Ecclesiæ Christianæ constitutione per tot sæcula per annos mille quingentos & amplius, haud traduxere ad hæreses suas tot Gentes aut Idololatrias, ac alioqui à Christi cursu alienas, quot vnus Xaverius ad cultum Christi annis vndecim; tot enim fuit in Indijs vir iste admirandus. *Quæ tanti Filij suprema gloria non minor Matris Societatis Corona est.*

Societas
ab Ignatio
spiritu s.
pleno in-
stituta.

Per vtrum-
que Orbem
propagata,
Mundum
fulcit, ne
cadat.

128. AB AVGVST. MANNO DE CANTHIANO *In Tomo suo Selectarum Historiarum.* Beatus Ignatius (*inquit ille*) venerandæ Societatis IESV sapientissimus Institutor, spiritu sancto plenus, & præsertim sapientiæ dono conspicuus Religionem suam instituit, quæ hodie per vtrumque Orbem communi beneficio propagata Mundum fulcit, ne cadat: qua in re videri potest, cuius spiritus esset, qui opus tam magnum facere potuit, & qualem à spiritu sancto sanctitatem esset consecutus, qui in Dei Ecclesia collabentes virtutum ædificationes restaurabat. *Hæc in Parentis Ignatij sanctissimi eiusque Societatis laudem illustrissimus Encomiastes.*